Nunc q̃ſtum ad tertium eſt aduertendũ. Qꝛ cũ vnũ ⁊ multa opponuntur immediate. quia ad remotiõem cuiſlibet vnitatis maxime ſi ſit remotio in propria ratione ⁊ ratione equipolenti: ſequitur poſitio alicuius pluralitatis ⁊ alicuius multitudinis. Et ideo ſicut duplex ẽ genus vnitatis. ſic eſt duplex genus numeri. Quidã enĩ numerꝰ eſt qui reſultat et ponit̃ ex remotione vnitatis ⁊ diuiſibilitatis Et iſte dicit̃ numerus diſtinguibiliũ ſiue diuiſibiliũ ⁊ ponitur actualiter. ſi actualiter remoueatur vnitas indiuiſibilitatis ſiue indiſtinguibilitatis. Alius quidẽ ponit̃ eſſe numerus. qui ponitur ex remotiõe vnitatis indiuiſionis ⁊ indiſtinctionis. ⁊ ille vocatur numerus diſtinctoꝝ ſiue diuiſorũ. Iſti autẽ numeri ex oppoſito habent ſe ad vnitates in ponendo et remouendo. quia numerus qui ponit̃ ex remotione vnitatis indiuiſibilitatis. dicit̃ numerus indiuiſibiliũ ſiue diſtinguibiliũ qui non ponit numeꝝ diuiſorũ ſiue diſtinctoꝝ. Ratio quia primus numerus ponitur ex remotione vnitatis indiuiſibilitatis. Scd̃s ex remotione vnitatis indiuiſionis. nec ꝑ conſequens ad poſitionem numeri diuiſibiliũ ſequitur poſitio numeri diuiſoꝝ ſiue diſtinctorũ. Ad remotionẽ vnitatis indiuiſibilitatis non ſequit̃ remotio vnitatis indiuiſionis. Ad remotionẽ aũt numeri diuiſibiliũ. ſequit̃ remotõ numeri diuiſoꝝ. qꝛ ſi nõ ſũt diuiſibilia nec diuiſa. Ecõuerſo aũt eſt de numero diuiſorũ ⁊ diuiſibiliũ: ⁊ quecũq̧ habent numeroſitatẽ diuiſorũ ⁊ diuiſibiliũ. cum diuiſio p̃ſupponat diuiſibilitatẽ. ſm̃ remotionem numeri diuiſoꝝ. nõ remouet numeꝝ diuiſibilium. Ideo aliqua poſſunt habere numeꝝ diuiſibiliũ dato q̃ nõ habeant numeꝝ diuiſoꝝ ſiue diſtinctorũ. Ratio illius eſt. qꝛ numerus diuiſoꝝ ponit̃ ex remotiõe vnitatis indiuiſionis. Remotio aũt vnitatis indiuiſiõis remouet vnitatem

indiſibilium. Et ꝑ cōſequens poſitio numeri diuiſoꝝ po/
nit numerū diuiſibiliū. Sed q: vnitas indiuiſiōis nō po/
nit vnitatē indiuiſibilitatis. ita nec remotio numeri diui/
ſoꝝ ponit remotionē numeri diuiſibiliū. cū ſe habēt oppo/
ſitō modo ad vnitates: ſicut dictum eſt.

Quot modis dicit oratio.

Quantū autē ad orationē Sciendū ꝙ orō poteſt tri
pliciter cōſiderari. Uel ꝓut ē in ꝑgameno. ⁊ ſic inq̄tū
etiā eſt in ipſa cōpoſitio ex materia ⁊ forma. eſt in pn̄to
ſbe. Sʒ inq̄tū illa materia eſt diſtenſa quantitate eſt in p̄
dicamento quantitatis. Inq̄tū etiā ex tali diſtenſione re/
ſultat talis figuratio. eſt in quarta ſpecie q̄litatis. Sed in/
q̄tū mouet viſum. eſt in tertia ſpē qualitatis Scdō poteſt
ꝯſiderari ꝓut eſt in mente. ⁊ ſic nō pōt eſſe quātitas. ſed eſt
in p̄ma ſpecie q̄litatis. Tertio mō pōt ꝯſiderari vt eſt in
ꝓlatiōe. Et h̄ tripliciter. Uel ꝓut mouet auditū. ⁊ ſic ē in
tertia ſpē q̄litatis. ſicut ⁊ alia obiecta ſenſuū. Uel ꝓut com
parat ad tps menſurans hmōi ꝓlationē ſiue extenſionem
motus qui fit in huiuſmodi ꝓlatione. ⁊ ſic orō eſt q̄ntitas
cōtinua. Uel ꝓut vna pars ſuccedit alteri diſcreta ⁊ ſepa/
rata. ⁊ ſic eſt quantitas diſcreta. Et hoc mō ponitur ſpe/
cies quantitatis diſcrete in pn̄tis.

De noībus ꝯuenientibꝰ menſuris. Cap. LIX

Uia vero eſſe menſurā conuenit q̄ntitati. Un̄. x. methaph. ponit dr̄a menſure.
q Ideo de noībus ſignificātibꝰ mēſuras cū mē/
ſura ſit ꝓprietas q̄ntitatis h̄ dicendū eſt. Du/
plex aūt eſt modus menſuraꝝ. Unus menſurās res q̄tū
ad intrinſecā q̄ntitatē. ſicut vlna mēſurat pannū. Aliꝰ mē
ſurās reꝝ durationēs q̄tū ad extrinſecā quātitatē. ſicut tē/
pus menſurat duratiōes motus. Et quocūq; modo men/
ſura ſumat: ſp̄ dicitur menſura rei id qd̄ certificat de quā/
titate rei. ſiue ſit q̄ntitas manēs q̄tū ad p̄mum modū. ſi/

ue fluēs ꝯtrū ad ſcđm. Uel ꝑ modū fluentis qđ dico ꝓpter euū ⁊ eternitatē. De noīb⁹ ꝑmaꝝ menſuraꝝ ſatis dictū ē in explanatione ſpecierum quātitatis continue et diſcrete Sed de nominibus menſuraꝝ que menſurāt durationes ꝓpter ſpecialē difficultatē ⁊ eoꝝ cōmunem vſum hic dicē/dum eſt. Sunt autē illa. tēpus continuū. tempus diſcretū euū. eternitas. nunc tpīs continui. nunc tpīs diſcreti. nunc eui. nunc eternitatis: Quoꝝ ſignificantia ⁊ differētia pa/tebit ex dicendis. Hoc p̄miſſo de hoꝝ ſingulis dicendū ē Et p̄mo de tēpore cōtinuo ⁊ ſuo nunc.

## Quid ē tps ꝯtinuū ⁊ nūc tpīs ꝯtinui. Cap̄ LX

Intelligendū eſt ergo ꝙ oīes ille menſure in h̄ ꝯueniunt. ꝙ ſunt menſure alicu ius actus. Cum enī duratio ſit actus. oportet menſurā durationis eſſe menſurā actus. in eo ꝙ actus habet durare tm̄ vel tm̄. Differunt tn̄: q̄a ſcđm ꝙ inuenit̄ diuerſa ratio durandi. ita in actib⁹ inuenitur di/uerſa ratio menſure. Sunt ḡ quidā act⁹ qui dicunt̄ actus ꝑmixti potentie q̄ durāt ꝑ acceptionē diuerſarum partiū in eodē actu ꝯtinuo ſucceſſiue. ſic̄ patȝ in motu. In vno aūt actu diuerſe partes continui non poſſunt accipi: niſi ſit cō tinuus. In omni autē actu continuo habente ſucceſſionē eſt prius et poſterius. Et ideo menſura talis actus q̄ ha/bet ſucceſſionē ⁊ continuitatem partiū in vno actu: ⁊ prio/ritatē ⁊ poſterioritatē ſcđm quā poteſt numerari. vocatur tēpus continuū: qꝛ menſurat actū ſucceſſiuū continuum. in qua ſucceſſione eſt prioritas ⁊ poſterioritas numerabil̄ ab aīa ſicut motus. Et ideo bene tēpus diffinitur ꝙ eſt nu merus motus ſm̄ prius ⁊ poſterius. Et ita patet quid eſt tēpus ⁊ cuius eſt menſura. quia motus directe licet pacci/dens poſſit eſſe menſura quetis. ſicut menſure habituum ſunt menſure priuationū. Nūc autem tpīs cōtinui differt ab ipo tpe continuo ſic ꝙ omino non eſt idē re cū eo. ſed ſic

cut ſe habet punctus ad lineã. ita ſe habet nunc ad tẽpus Proprie aũt ſm veriorem opinionẽ. ſicut motus mẽſurat tpe quoꝝ vtrũq; eſt diuiſibile. ita mutatũ eſſe menſuratur nunc tpis continui. quorũ vtrũq; eſt indiuiſibile. ⁊ ita ipm tẽpus continuũ: ⁊ ipm nunc tpis continui ſunt diuerſe mẽſure diuerſoꝝ ab eis menſuratorum.

## Quid eſt tps diſcretũ. ⁊ nũc tpis diſcreti. Cap LXI

Lius actus ſcðs eſt qui nõ habet ſucceſſionẽ ⁊ continuitatẽ partiũ in ſe. ſ; eſt in ſe indiuiſibilis. eſt tñ huiuſmodi conditionis: q̄ alius actus conſimilis in eodem poteſt ſibi ſuccedere. ita q̄ vnus ſuccedit alteri: q̄uis ambo ſimul eẽ nõ poſſint. Et talis actus eſt intellectio angeli. q̄ in ſe ẽ indiuiſibilis. ⁊ nõ habet ꝯtinuitatẽ ⁊ ſucceſſionẽ partiũ eiuſdem actus. ſed alius actus intelligendi poteſt priori ſuccedere. quia poſtq̄ angelus intellexit vnam rẽ poteſt ceſſare illa intellectio. ⁊ incboari alia reſpectu alterius rei. Et ita licet nõ ſit ſucceſſus reſpectu partiũ eiuſdẽ actus: eſt tñ reſpectu diuerſorũ actuũ ad inuicẽ ſucceſſio. Illa ḡ ſucceſſio que eſt diuerſoꝝ actuũ diſtinctoꝝ ab inuicem habet menſurã ſuã ⁊ vocatur tẽpus diſcretũ. quia diſcretos ⁊ diſtinctos actus ſed indiuiſibiles menſurat. Hoc aũt tẽpus debet intelligere ariſto. quando orationẽ in pñtis poſuit ſpeciem quantitatis diſcrete aliam a ſpecie quantitatis cõtinue: licet alibi non fecerit mentionem. Et ſic patet quid ẽ tempus diſcretum. Quilibet autem talis actus ſimplex ⁊ indiuiſibilis ⁊ diſcretus habet ſuam propriam mẽſuram ⁊ vocatur nunc temporis diſcreti. quia ſicut illa operatio eſt indiuiſibilis. ita ⁊ nũc talis tẽporis diſcreti. Differt autem a tẽpore diſcreto dupliciter. Primo modo ſicut pars a toto. Scðo quia nunc eſt menſura indiuiſibilis actus. Tempus autem eſt menſura ſucceſſionis actuum indiuiſibilium diſcretorum.

## Quid eſt euum ꝛ nunc eui. Capitulū LXII

Eſt aūt alius actus terti⁹ indiuiſi
bilis cui non cōuenit habere partes ſucceſſi/
e uas eiuſdem actus numero.nec alius actus ē
natus ſibi ſuccedere.tamen non eſt tante enti
tatis et actualitatis:quin habeat tres imperfectiōes.Pri
ma eſt ꝙ eſſentialiter continetur infra terminos alicui⁹ ge
neris vel ſpeciei.Secūda eſt ꝙ quia non habet omnē per/
fectionem nec ipſa eſt ſua perſectio.ſuperadditur autē ſibi
aliquid ad ſuam perfectionē.pertinens:reſpectu cuius po
teſt eſſe aliqua ſucceſſio inꝗ̄tum aliquid cedit in preteri/
tum ꝛ aliquid ſpectat in futurū. Tertia eſt ꝙ ꝛ ſi non ha/
bet duo nunc includentia durationem ipſius quorū vnū
inchoet eam ꝛ aliud terminet eam. habet tamen defacto
vnū inchoans:ꝛ de poſſibili poſſet habere vnū terminans
de potentia diuina.ꝛ ita habet cum hoc ꝙ aliquid cedit in
p̄teritum:ꝛ aliq̄d ſpectat in futurum.ꝛ talis actus eſt eſſe
ſubſtantiale vel actus eſſendi angeloꝝ.quia talis actus ē
infra terminos generis ꝛ ſpeciei ſbe.Sic ergo talis actus
non eſt ſua ꝑfectio.ſed ꝑfectionem ſuā habet ſuꝑadditam
ſcꝫ ſuum intelligere:reſpectu cuius eſt alia ſucceſſio:inꝗ̄/
tum vna ſuccedit alteri:ꝛ vna cedit in p̄teritū cui ſuccedit
altera que erat futura.Item nō habet duo nunc includē/
tia ſuam durationē.quoꝝ vnū terminet eā ꝛ alteꝝ incho/
et.ſed habet bene vnum inchoans:qꝛ non fuit ab eterno:ꝛ
poſſet de diuina potentia habere aliqđ terminans:qꝛ poſ/
ſet deus angelos anichilare.Et iſtius actus duratio men/
ſuratur menſura que vocatur euum.quia eſt eternitas par
ticipata. quia defacto talis actus eſt eternus et infinitus
a parte poſt.inꝗ̄tū non habet aliqđ nunc terminās.ſed eſt
ꝑpetuus licꝫ ſit termīatus ꝛ finitus ex parte ante. ꝛ iō euū
eſt menſura media inter tēpus qđ habet duo nunc termi/

nantia ⁊ eternitatē q̄ nullum habet. Nunc autē eui nō di/
fert realiter ab ipo euo ſ3 ſolū ratione. vt dicit aliquoꝝ opi
nio. q2 nec poteſt ſe habere ad euū ſicut indiuiſibile ad cō
tinuum. vt nunc tēporis continui ſe habet ad continuū te
pus. nec ſicut pars ad totū. vt ſe habet nunc tēporis diſcre
ti ad tempus diſcretū. Et ideo idē re eſt nunc eui ⁊ euum
ſed ſolum ratione differunt. inq̄tū nunc eui imaginamur
indiuiſibile: euū autē cū quadā extenſione. Doctor tamen
cōmunis. pma ſcd̄e. di. xix. q. ij. articulo. ij. dicit. Q2 qua
cūq3 menſura menſuret eſſe alicuius rei: illi rei reſpōdet p
menſura nunc illius durationis. Unde ſicut tempus eſt
menſura motus. ita nunc tēporis eſt menſura ipſius mo
bilis. Et cuius eſſe eſt menſura euum. illius entis eſt mē/
ſura nuuc illius eui. Et illud ens menſuratur nūc eterni/
tatis: cuius eſſe menſurat eternitas. Sicut aūt ſe habet in
menſuratis actus ad illud cuius eſt actus. ita ſe habet q̄li/
bet duratio vel menſura ad ſuum nunc. Actus autem ille
qui menſuratur tēpore differt ab eo cuius eſt actus ſcd̄m
rem. q̄a mobile nō eſt motus. Et ſcd̄m rationem ſucceſſio
nis. Quia mobile eſt de natura permanentiū. Motus d̄
natura ſucceſſiuoꝝ. Unde etiā differt tps dupliciter a ſuo
nunc. ſc3 Scd̄m rem. quia nunc nō eſt tps. Scd̄o ſm ſuc/
ceſſionis rationē. quia tempus ſucceſſiuū eſt: nō aūt nunc
Eſſe autem euiternitatis quia eſt actus menſuratus euo.
differt ab eo cuius eſt actus re quidem. ſed nō ſcd̄m ſucceſ
ſionis rationem. quia vtrūq3 caret ſucceſſione. Et ita etiā
differt nunc eui realiter ab euo. Eſſe autē quod menſura/
tur eternitate eſt idem re cū eo cuius eſt actus: ſ3 differt ſo
lum ratione. Et ideo eternitas ⁊ ſuum nunc ſimili modo
differunt ſolum ratione: inq̄tum ſc3 eternitas reſpicit di/
uinum eſſe. nunc eternitatis reſpicit quidditatem ipſius q̄
realiter ab eſſe non differt.

Quid eſt eternitas ⁊ nunc eternitatis. Cap̄. LXIII

Lius eſt actus et vltimus indiui-
ſibilis. qui nec ſuccedit alteri. nec alius eſt ſi-
a bi natus ſuccedere nullã habens imperfectio-
nem: ſed omnẽ perfectionẽ eſſentialiter ꝛ non
ſupadditam ꝛ ipẽ eſt perfectio ſua que nõ cõtinet nec con-
cluditur inter limites alicuius generis vel ſpeciei. nec in-
ter duo nunc concluditur duratio eius de facto vel de poſ-
ſibili. Et talis act⁹ eẽndi purus ẽ ſolus dei. cui⁹ menſura
vocatur eternitas. quã Boecius ita diffinit in li. v. de cõ-
ſolatione. dicens. O) eternitas eſt interminabilis vite to-
ta ſimul ꝛ perfecta poſſeſſio. Quantũ ad differenciã tẽpo-
ris ꝛ tpalis. dicit interminabilis vite. Quãtu ad differẽtiã
eui ꝛ euiterni. dicitur perfecta poſſeſſio tota ſimul. Nunc
aũt eternitatis nõ differt realiter ab eternitate ſed ratione
ſolum vt dictũ eſt. Ex quo patet ꝙ eternũ nihil aliud ẽ ꝙ̃
ens extra terminos. ꝛ eternitas ꝙ̃ extra terminos entitas
Sic ergo patet differentia quatuor menſurarum tẽporis
continui. Qð eſt menſura actus habẽtis ſucceſſionem in
ſuis partibus continuis. Et tẽporis diſcreti. Qð eſt men-
ſura actuũ indiuiſibiliũ inuicẽ ſuccedentiũ. Et eui. qð eſt
menſura act⁹ indiuiſibilis cui accidit ſucceſſio actuũ indi-
uiſibilium ſuperadditorum ſue perfectioni Et eternitatꝫ
que eſt menſura actus indiuiſibilis. cui nulla aduenit per-
fectio vel mutatio vel limitatio. ſed ipſa ſua infinita eſt et
omnimoda perfectio. Patet etiã differentia nunc temporis
continui ad tempus continuũ. nunc tẽporis diſcreti ad tẽ-
pus diſcretum. nunc eui ad euum. nũc eternitatis ad eter-
nitatem. a qualibet autem menſura denominatur menſu-
ratum. Quia quod menſuratur tempore. temporale dici-
tur. Quod euo: euale vel euiternũ. Quod eternitate: eter-
nale vel eternum.

De infinito ꝙ põt dici quinꝙ modis. Cap. LXIIII

Secundo quia infinitum cõgruit
q̃titati. vt dicit̃ p̃mo phiſicoꝝ. ꝛ ſepi⁹ vtimur
s noíe infiniti. Ideo hic p̃mo de multiplici eius
acceptione dicẽdũ eſt. Dicitur autem infinitũ
multipliciter Primo modo ẜm durationẽ. ꝛ hoc dupliciter
Uel ab om̃i parte. tam aparteañ. q̃ apartepoſt. ꝛ ſic deus
dicit̃ ſolus infinitus duratiõe. Uel ab altera tm̃. ꝛ ſic mõs
vel angelus dicit̃ infinitus duratõe in infinitũ. Nõ aparte
ante quia principiũ durationis habuit. ſed apartepoſt. q̃a
ſemꝑ durabit. Scd̃o modo aliq̃d dicitur infinitũ extẽſiõe
extrinſece q̃ãtitatis cõtinue. ꝛ ſic poteſt attẽdi triplex in-
finitũ. Uel ſolũ ẜm lõgitudinẽ. vt ſi eſſet linea infinita in
infinitũ extẽſa. carẽs p̃ncipio ꝛ fine. Et ſic eſſet ab om̃i par
te infinita. Uel ſolo p̃ncipio: vel ſolo fine. ꝛ ſic eſſet ſolum
infinita ab illa parte q̃ careret termino. Uel ẜm longitudi
nẽ et latitudinẽ ſimul. vt ſi eſſet aliqua ſuperficies in infi-
nitũ ẜm longitudinẽ et latitudinẽ ſine termino extẽſa. vel
ſolũ altera parte carẽs termino. diceret̃ infinita. vel ſimpli
citer. vel ẜm illã partẽ que caret termino. Uel ẜm longitu
dinẽ latitudinẽ et profunditatẽ. vt ſi eſſet aliq̃d corpus in
omnẽ dimẽſionẽ extẽſum. ex om̃i parte carẽs termino dice
retur infinitũ. vel ſi ab vna parte vel duabus: ſolũ diceret̃
ex illa vel ex illis partibꝫ infinitũ. qua vel quibꝫ careret ter
mino vel terminis. Tertio modo dicit̃ aliq̃d infinitũ q̃ti-
tate diſcreta. vt ſi eſſet numerus infinitus lapidũ. vl' hoim
et hm̃õi. ita q̃ careret talis multitudo om̃i limitatione nu
meri. vel ex om̃i parte. vl' ex altera. talis multitudo diceret̃
infinita. vel ſimplex. Similiter ſi ex om̃i parte careret ter-
mino. vel ẜm illã partem quã nõ haberet limitatã. Quar-
to modo dicit̃ infinitũ ẜm quãtitatẽ virtutis. ꝛ hoc dupli ci
ter. Uel in pfectione. q̃ꝛ habet in ſe oẽm perfectionẽ eſſen-
cialiter ꝛ ſic ſolus deus ex om̃i perfectione eſſentiali eſt in-
finitus. Alio modo dicitur infinituꝫ in vigore. ſicut ſi eſſet

aliqs calor infinite intēſus diceret talis calor eſſe potentia calefactiua in vigore infinita. Et iſti duo modi infiniti nō differūt. niſi q̄ p̄mus modus dicit̄ reſpectu ſui. Scd̄s reſpectu alioꝝ rſepectu quoꝝ ponit̄ vigor. Vn̄ p̄ma infinitas eſt eſſentie. Scd̄a potētie. Vtrū aūt infinitas vigoris ſit ī potentia diuina. nō d̄termino q2 maioris difficultatis ē. Iſtorū g̊ modoꝝ infiniti. primū dicit̄ ſm durationē. Scd̄m d̄r ſm magnitudinē. Tertiū ſm multitudinē. Quartum ſm perfectionē. Quintū ſm vigorem.

Q2 aliqd̄ eſt infinitū priuatiue. aliqd̄ negatiue ⁊ differentia ipſorum. Cap̄lm LXV.

E ſt aūt ſcd̄o intelligendū qd̄cuꝫ infinitū habeat iſtā prepoſitionez in. q̄ aliqn̄ iūcta facit p̄uationē. al qn̄ negationē. hoc nomē infinitū poteſt ſumi in q̄libet iſtoꝝ modorū. vel p̄uatiue. vel negatiue. Priuatiue quidē ſi illud qd̄ ē aptū natū finiri vel limitari ⁊ hr̄e terminū. nō finiretur. vl̄ nō limitaretur. vel nō terminaret̄. ſicut ſi ſol eſſet extenſus ſm aliquā dimēſionē in infinitū. diceret̄ infinitus p̄uatiue ⁊ talis infinitas imp̄fectionē importat. q2 nō habet qd̄ hr̄e debet. Et ideo nullo modo talis infinitas locū habet in diuinis Alio modo dicit̄ infinitū negatiue. nō q2 priuet̄ aptū natū habere terminos. ſed q2 nō habet finē. nō eſt terminatū. nō eſt limitatū Et iſto mō q2 deus nō eſt limitat9. nec duratione. nec ad genus. nec ad ſpeciem. poteſt in diuinis nueniri infinitū. nō priuatiue. ſed negatiue. Infinitū aūt duratiōe tp̄is poteſt eſſe in creaturis. Sꝫ infinitū ſm multitudinē. ſm magnitudinē. ſm p̄fectionē. ⁊ ſm vigorē. nullo modo ſunt in creaturis. licet ſit de aliquib9 iſtoꝝ difficilis queſtio. Vtrū diuina virtute eſſe poſſint. de qua me nō intromitto ad preſens. Et hec dicta ſufficiāt q̄tum ad predicamentum quātitatis.

De noibus pertinētibus ad res de genere qualitatis ⁊

Pꝛimo quid impoꝛtetur noīe qualitatis. Capl'm LXVI

Odo agēdū eſt de nōībus pꝛime
intentionis ptinētibus ad genus qualitatis
m z pꝛimo de noīe qualitatis. Scd̄o de noībus
ſuaꝝ quatuoꝛ ſpecieꝝ quas phs in pn̄tis aſſi/
gnat. Quantū ad nomē q̄litatis. ſciendum ꝙ qualitas eſt
quidā modus eſſendi ſbe. Modus aūt ſm Auguſti. ſup̄
Geneſim ad lrām. eſt quē mēſura pꝛefigit. z ideo qualitas
quādā determinationē z quēdā modū ſbe dicit ſm aliquā
mēſurā Sicut aūt illud q̄ determinat̄ potētia materie ſm
eſſe ſbale dicit̄ qualitas ſbalis. z hec eſt differentia ſbalis.
z ſbe. ita illud ſm qd̄ determinat̄ potētia ſbiecti ſm eſſe ac
cidētale. dꝛ qualitas accidētalis q̄ eſt quedā differētia ac/
cidētalis vt dicit̄. v. metaph̄. Ex quo patet quid impoꝛtat̄
noīe q̄litatis. qꝛ illud qd̄ modificat ſbctm̄ z potentiā ſub/
iecti. ac determinat ſm eſſe accidētale dꝛ qualitas ſubiecti
et hoc cōcoꝛdat illi diffinitioni pn̄toꝝ q̄litatis. Qualitas ē
ſm quā q̄les dicimur Et'qꝛ ex hoc qd̄ eſt ī nobis tale. tales
dicimur. ideo a q̄litate in nobis exiſtēte dicimur quales vt
albedine albi. z ſic de alijs. Et hoc de noīe qualitatis.

Sufficientia z differentia z ſignificātia quatuoꝛ ſpecie/
rum qualitatis. Capl'm LXVII.

Ecundo videndum eſt de nomi/
bus quatuoꝛ ſpecierū qualitatis. Et pꝛimo in
s generali videndo earuꝫ differentiā ſimul et ſi/
gnificantiā. Et ſecūdo de quolibet in ſpeciali.
Quantū ad ſufficientiā. cōuenientiā. z differentiā. ſimul z
ſignificantiā Sciēdū ꝙ modus ſiue determinatio ſubiecti
ſm eſſe accidētale ꝙ qualitas dicit̄ eſſe. cōmune eſt ad om/
nes ſpecies qualitatis. ſm ꝙ diuiditur ſpecie ſm diuerſos
modos eſſendi talis determinationis. Unde talis deter/
minatio poteſt conſiderari tripliciter. Pꝛimo in oꝛdine ad
ipam naturā ſubiecti. z ſic ab h̄ mō z determinatiōe ſumit̄

prima ſpecies qualitatis que dicitur habitus et diſpoſitio Q; ſatis patet ex dictis phi loquētis de habitibus anime et corporis. vij. phiſicoꝝ. vbi dicit ꝙ habit⁹ ſunt diſpoſitiones perfecti ad optimū. Dico aūt ꝑfecti. qꝛ diſpoſitū ē ſm naturā Et qꝛ ipſa forma et natura rei eſt finis ꝛ cuius cauſa fit aliq̄d vt dicitur. ij. phiſicorū. ideo in prima ſpecie conſideratur bonū et malū. facile ꝛ difficile. ꝛ mobile. ſcðm ꝙ aliq̄ natura eſt finis generatiōis ꝛ mot⁹. Ideo. v. metaph diffinitur habitus. ꝙ eſt diſpoſitio ſm quā aliquid diſponitur bene vel male. Et in. ij. ethicoꝝ dicitur ꝙ habitus ſunt ſm quos ad paſſiōes nos habem⁹ bene vel male. Qñ em̄ modus eſt ꝯueniēs nature rei tūc habꝫ rationē boni. Qñ aūt nō eſt cōueniēs habet rationē mali vt patet. Et qꝛ natura cōſiderat illud primū qð eſt in re. ideo hic modus vel determinatio reſpectu nature q̄ habitus dicit ꝛ diſpoſitio. ponitur prima ſpecies qualitatis. Scðo modo poteſt conſiderari talis modus et determinatio ſubiecti ſm eſſe accidentale ſm actionē et paſſionē q̄ cōſequūtur ꝑncipia nature q̄ ſunt forma et materia. Et ſm hoc ſumitur ſcða ꝛ tertia ſpecies qualitatis. ſed differēter. Quia vel talis q̄litas oritur īmediate a ꝑncipijs naturalibꝫ ſbalibꝫ ipi⁹ rei. ꝛ ſic eſt ſcða ſpecies. q̄ dꝛ naturalis potētia vel impotētia ad facile faciēdi vel patiēdi. Aut oritur nō īmediate ab illis. ſꝫ immediate a ꝑmis q̄litatibꝫ calidi. frigidi. ꝛ huiuſmodi. et ſic ē tertia ſpecies: q̄ dicit paſſio vel paſſibilis qualitas In vtraqꝫ aūt ꝯſideratur q̄d facile vel difficile fiat. vel q̄d ſit cito tranſiens aut diuturnū. Et in his abſolute nō cōſideratur aliquid ꝑtinēs ad rationē boni vel mali. Quia motus vel paſſiones nō habent rationē finis. bonū autē et malū dicūtur per reſpectū ad finē. Tertio modo attendit talis modus et determinatio ſubiecti ſm q̄ꝫtitatem. et ſic ſumitur quarta ſpecies qualitatis. que dicitur forma. vel circa aliquid cōſtans figura. Et quia quātitas ſm ſui rationē. eſt ſine motu. ſine ratiōe boni ꝛ mali. ideo ad quar-

tam ſpecię qualitatis nō ptinet. q̄ aliquid bene vel male ⁊ cito vel tarde tranſiens dicatur ſm eam. Simplicius aūt ſuper pñta aliter hoꝝ aſſignat differentiā et ſufficiētiā quā reꝓbat doctoꝛ ſctūs. ⁊ datā ponit pma. ij. q. xlix. arti. ſcdo.

De pma ſpecie qualitatis et quō ſe habent ad inuicem habitus et diſpoſitio q̄ ponūtur in ea. Ca. LXVIII

m Odo dicēdū eſt de ſingulis noib⁹ iſtarū quatuoꝛ ſpecierū qualitatis. Et pꝛimo de pꝛima ſpecie ſcꝫ de habitu ⁊ diſpoſitione. Et pꝛimo de hoc quō ſe habent ad inuicē habitus et diſpoſitio. Scdo ſpecialiter de habitu q̄t modis dicitur Tertio de diſpoſitiōe. Quarto de habitib⁹ virtuoſis ⁊ viciosis q̄tum pꝛeſens tractatus requirit. ⁊c̄.

De habitu et diſpoſitione.

Uantum ad pꝛimū ſciendū. q̄ facile et difficile mobile. nō diuerſificāt habitū ab alijs ſpecieb⁹ qualitatis. ſed bene diuerſificant habitū et diſpoſitionē ſicut differentie ſpecifice aliquo modo. Diſpoſitio em̄ accipit̄ dupliciter Uno modo ſm q̄ eſt genus huius q̄ dicitur habitus. Et q̄ ſit genus patet. v. meta ħ. vbi ponit̄ diſpoſitio in diffinitione habitus. ſicut patet in diffinitiōe imediate poſita ca. pꝛecedēti. ⁊ ſic differūt ſicut ſuperius et inferius. Nec ſunt vna ſpecies numero generis alicuius. Alio modo accipit̄ diſpoſitio. vt aliquid condiuiſum cōtra habitum. Hoc autem poteſt intelligi dupliciter Uno mō ſicut perfectū ⁊ imperfectū in eadē ſpecie. vt albedo mag⁹ intēſa ⁊ min⁹ intēſa ⁊ ſic dicit̄ diſpoſitio retinēs nomē cōe qn̄ ipfecte ineſt ita q̄ de facili amittit̄. Dicit̄ autē habitus qn̄ perfecte ineſt ⁊ nō de facili amittitur. Et ſic diſpoſitio fit habitus. ſicut puer fit vir. Et ſunt eiuſdē ſpeciei. qꝛ perfectū et imperfectū. nō diuerſificant ſpeciē Alio modo poteſt intelligi diſpoſitio cōtra habitū cōdiuiſa ſicut ſpecies eiuſdē generis ſubalterni contra aliā. vt ſic dicantur diſpoſitiones ille qualitates

prime ſpeciei quib⁹ cõuenit ẜm ratione̅ proprie ſpeciei. vt de facili amittãtur. qꝛ habent cauſas trãſmutabiles. ſicut egritudo ⁊ ſanitas. Habitus ẜo dicãtur ille qualitates q̄ ẜm ſuã ratione̅ hn̄t ꝙ nõ de facili trãſmutent̄. qꝛ habe̅t cauſas imobiles. ſicut ſunt ſcie̅tie ⁊ virtutes. q̄ habitus dicu̅t et hoc modo diſpoſitio fit habitus. Et ſic diſpoſitio et habitus nõ ſunt ſimul vna ſpecies ſed due. q̄ dicu̅tur prima. Et quarum quelibet diuiſa contra aliã eſt prima. in quas diuiditur qualitas. ſicut ſubſtantia diuiditur in primas ſpecies ſcilicet corpoream ⁊ incorporeã. Et ſic videtur eſſe intentio ariſtote. in predicamentis de acceptione habitus et diſpoſitionis. et hoc patet per exempla per eum poſita in prima ſpecie qualitatis. Nam ſi aliqua qualitas ex ſui natura facile mobilis. ex aliquo accide̅te reddatur difficile mobilis. dicetur habitus Et ecõtra eſt de qualitatib⁹ q̄ ẜm ſuam ratione̅ ſunt difficile mobiles. quia tu̅c dicerent̄ diſpoſitiones. vt ſi aliquis imperfecte habeat ſcientiã. vt d̄ facili poſſet eam perdere. magis dicitur habere diſpoſitione̅ ⁊ eſſe diſpoſitus ad ſcientiã. ꝙ̄ habere habitu̅ ſcie̅tie vel eſſe habituatus in ſcientia. Ex quo patet ꝙ nomen habitus diuturnitate̅ quandam importat. non autem nomen diſpoſitionis.

Que ſint differe̅tie eſſentiales habitus ⁊ diſpoſitiõis vt ſunt diuerſe ſpecies qualitatis

m Ec impeditur quin ẜm hoc facile vl' difficile. mobile. ſunt diuerſe differe̅tie ſpecifice p̲ hoc ꝙ ille p̲tine̅t ad paſſione̅ ⁊ ad motu̅ ⁊ nõ ad genus qualitatis. nã ille differe̅tie ꝙ̄uis p̲ accide̅s videãtur ſe habere ad qualitates. tn̄ vtimur eis vt ꝓpriis. ſicut in genere ſubſtãtie freque̅ter accipiunt̄ differe̅tie accide̅tales loco ſubſtantialiu̅ inꝙ̄tum p̲ eas deſignãtur principia eſſentialia.

De hoc nomine habitus quot modis dicitur. quomodo eſt predicamentu̅. quomodo poſtpredicamentu̅. ⁊ quomõ ſpecies qualitatis. Caplm LXIX.

# De prima ſpecie Qualitatis.

Habitus aūt multipliciter dicit̄ qꝛ
habitus ab habēdo ſumptū eſt. a q̊ dupliciter
h deriuat̄. Uno mō ſꝫm ꝙ hō vl' q̄cūqꝫ alia res dꝛ
aliq̄d hr̄e. ꝛ ab h̄ hr̄e nomē habit⁹ dꝛ reſpectu
cuiuſcūqꝫ rei que hētur. ꝛ ſic ē cōe ad diuerſa pn̄ta. Et ſic a
pho ponit̄ inter poſtpn̄ta q̄ diuerſa rerū genera cōſequunt̄
ſicut opoſitio prius ꝛ poſteri⁹. ꝛ hmōi. Inter ea aūt q̄ habē
tur eſt talis dr̄a. qꝛ q̄dā ſunt in q̄bꝫ nihil cadit mediū inter
habēs ꝛ rē habitā ſic inter ſbam ꝛ q̄ntitatē vl' q̄litatē nihil
eſt mediū Quedā ꝟo ſunt ī q̄bꝫ ē aliqđ mediū inter vtraqꝫ
ſꝫ h̊ nō ē niſi relatio. ſic dꝛ aliq̄s hr̄e ſociū vel amicū. Que-
dā ꝟo ſūt q̄ ſunt hn̄tia aliqđ mediū nō ꝙ ſit actio vl' paſſio
ſꝫ aliq̄d ꝑ modū actiōis vl' paſſionis. prout ſcꝫ vnū eſt or-
nās vel tegēs. ꝛ aliud ornatū vel tectū. Primis duobꝫ mo-
dis nō cōſtituitur ſpeciale pn̄tum. vel determinata ſpecies
pn̄ti. ſed in tertio conſtituitur ſpeciale pn̄tum. Et vocatur
pn̄tum habitus de q̊ dicit phs. v. metaph. ꝙ inter habētē
indumētū. ꝛ indumētū cadit habitus medius. Scđo mō
dicit̄ habitus ab habēdo ſꝫm ꝙ aliq̄ res ſe habet aliq̊ mo-
do in ſeipſa vel ad aliq̄d aliud. Et ſic cū ille modus ſit ſꝫm
aliquā q̄litatē. ab hoc modo ſumit̄ p̄ma ſpecies qualitatis
q̄ dicit̄ habit⁹. De quo dicit phs. v. metaph. ꝙ habitus dꝛ
diſpoſitio ſꝫm quā bene vel male diſponit̄ aliq̄d aut ſꝫm ſe
aut ſꝫm aliud. vt ſanitas q̄dā habitus eſt. Et ex hac ꝓprie-
tate ponimus habitus virtutū q̄ntū ad appetitū ſenſitiuū.
Habitus ſcientiaꝝ q̄ntū ad appetitū intellectiuū. iuſticiaꝫ
et charitatē in voluntate. gratiā in eſſentia aīe Et ex h̄ etiā
ꝙ lumē intellect⁹ agētis ꝛ lumē gl'ie diſponūt intellectuꝫ
ad intelligēdū. ꝛ ſil'r ſpecies intelligibilis acq̄ſita vl' infuſa
iđ etiā lumē intellect⁹ agētis. ꝛ lumē gl'ie. ꝛ ſpecies intelligi
bilis habit⁹ vocātur. Ex hoc aūt patꝫ. ꝙ habitus vt eſt poſt
pn̄tū. differt ab habitu q̄ eſt pn̄tum. ꝛ ab habitu q̄ eſt p̄ma
ſpecies q̄litatꝫ. qꝛ habit⁹ vt ē poſtpn̄tū eſt nomē adiectiuū ꝛ

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAŃ

dicitur habitus.ta.tū.ſed aliis duobus modis dicitur ſubſtantiuū. Itē habitus q̄ eſt prima ſpecies qualitatꝫ.differt ab aliis duobus modis: qꝛ habitus primo ꝛ ſcd̄o modo nō dicitur res habita.vel ip̄a res que habetur. ſed ſolū dicitur habitus ip̄a habitudo habētis ad illud qđ habetur. Sed tertio modo dicitur habitꝰ ip̄a res habita ſm quā habēs bene vel male diſponitur reſpectu ſui vel alterius.

Qualiter habitꝰ ſint in corpe ꝛ ī aīa ꝛ ad q̄d. Ca. LXX.

Est autem intelligendū quod habitus ad duo ponitur.ſcꝫ ad eſſe ꝛ ad operari. e Prout ergo habitus dicit diſpoſitionē ad operari.nullus habitus ponitur in corpore. quia oīs operatio corporis vel eſt determinata ad vnū a naturali corporis qualitate.ꝛ ſic nō indiget habitu vel determinata ab anima.ꝛ talis operatio ē principaliter ip̄ius anie. licet poſſit dici ſcd̄ario ip̄ius corpis. Et ideo diſpoſitio ad talem operationē ē p̄ncipaliter ip̄ius aīme licet poſſit dici ſcd̄ario ipſius corporis inq̄ꝫtum diſponitꝰ ad facile deſeruiendū ipſi operationi ip̄ius aīe. Quantū aūt ad diſpoſitionē q̄ reſpicit eſſe prout ſuppoñitꝰ ſubiectū ipſi forme.ſic pōt eſſe habitus in corpore. Et hoc modo ponimus ſanitatem pulchritudinē.ꝛ huiuſmodi eſſe habitus vt patet.vii.phiſicoꝝ. Non tñ habēt ita perfecte rationē habituū ſicut habitus aīme. Hec de habitu.

Quot modis dicitur diſpoſitio. Capl̄m LXXI.

E diſpoſitione aūt patet qđ multipliciter dicatur.eo qꝫ diſpoſitio dicit ſemꝑ ordinē alicuius habentis partes.hoc aūt cōtin d git tripliciter.vt dicitur.v.metaph.aut ſm locū.aut ſm potētiā.aut ſm ſpeciē. Et vt dicit Simplicius in predicamētis in cōmēto. In hac diuiſione phus omnē diſpoſitionē cōprehendit. Quia corporales diſpoſitiões cōprehendit in eo qꝫ dicit ſm locū. et hoc pertinet ad p̄ntum

ſitus qui eſt ordo partiū in loco. In eo aūt ꝙ dicit ſm potē tiam: includit illas diſpoſitiones que ſunt in preparatio/ ne ꝛ in idemptitate nōdū perfecte. ſicut ſciētia ꝛ virtus in/ choata. Qꝛ aūt dicit ſm ſpeciē. includit ꝑfectas diſpoſi/ tiones que dicunt̄ eſſe habitus ſcie ꝛ ꝟtus cōplete. Et ſic habemꝰ de habitu ꝛ diſpoſitiōe cōiunctim ꝛ diſiūctim ꝛc.

De nominibus ꝑtinentibus ad virtutes ꝛ vicia ꝛ ea tan/ gentibus. Capitulum LXXII

Quia vero de habitibus ſermo ce/ pit ꝛ habitus q̄ ordinant̄ ad opari bn̄ diſponē tes ꝛ ad bonū ꝟtutes dicunt̄. ꝛ oppoſitū vocat̄ viciū. idcirco de virtutibꝫ ꝛ vicijs eſt aliq̄d tra ctandū. Et ṗmo de virtutibꝫ. ſcḋo de donis q̄ ſūt habitus vicini virtutibꝫ. tertio ḋ p̄ceptis que ordinant̄ ad actꝰ ꝟtu tū. Quantum ad primū dicendū eſt primo de noīe virtu/ tis in gn̄e. Secūdo de eiꝰ diuiſiōe in ꝟtutes infuſas ꝛ acq̄/ ſitas. ꝛ de diuiſiōe in morales ꝛ intellectuales ꝛ theologi/ cas. Tertio de diſtinctis in ſingl'ari. Quarto de circūſtan/ tijs q̄ reſpiciunt actum quibꝫ reddit̄ ꝟtuoſus vel vicioſus Quinto de medio ꝟtutū quō ꝟtutes ꝯſiſtant in medio.

Quid ſignificet hoc nomen ꝟtus ꝛ vn̄ ſumptū eſt.

Quantū ad primū quid nomē ꝟtutis ſignificat. Sci endū ꝙ nomē ꝟtutis videt̄ ſm ſuā ṗmā impoſitionē q̄ndā violentiā importare. Vn̄ in. iij. celi ꝛ mūdi dicitur ꝙ motus accidētalis. i. violentus ē q̄ ē a ꝟtute. i. a violentia nō cū auxilio nature. ſed qꝛ nihil infert alteri violentiā ni/ ſi ꝑ aliquā potentiā ꝑ quā p̄dn̄at̄ vt agat ꝛ nō patiat̄. Jō ex h̄ tractū eſt nomē virtutis ad ſignificandū potentiā ꝑfe ctā agētis q̄ poteſt opari. ꝛ ſic tales potētie ꝟtutes vocant̄. Et hoc mō potētie aīe tā intellectiue q̄ȝ ſenſitiue dicuntur ꝟtutes aīe. Et ſic virtus eſt non in ṗma ſed in ſcḋa ſpē q̄li tatis. ꝛ de tali virtute dicit̄ ṗº celi ꝛ mūdi. ꝙ virtus eſt vl/ timū potentie. Et qꝛ ꝑfectio potētie menſurat̄ ex potētiore

e maximo qd̃ poteſt. Maximũ aũt qd̃ põt potẽtia ẽ bene agere. q2 male agere nõ põt eſſe maximũ. q2 malũ nõ ꝯtin git niſi ex defectu agentis. Idcirco nomẽ ꝟtutꝫ tractũ ẽ vl tra vt dicatꝰ illd̃ ꝟtus qd̃ diſponit aliquã potẽtiã vt poſſit ĩ ſuũ potiꝰ ſcꝫ in actionẽ q̃ ſit bona ꝛ ꝑfecta. Et q2 hoc facit habitus ꝟtutis, idcirco habitꝰ ꝟtuoſi ꝟtutes dicunꝰ. ꝛ ſic ꝟtus eſt in prima ſpecie q̃litatis ꝛ nõ in ſcd̃a. ꝛ de tali dicit ij. Ethic. q ꝟtus eſt q̃ bonũ facit habentẽ ꝛ opus eius bo/ nũ reddit. Et. vij. Phico. Virtus ẽ diſpoſitio perfecti ad optimũ. Hec de nomie ꝟtutis de qua ſm vltimũ modum hic intendimus dicta ſufficiant.

Duplex diſtinctio ꝟtutũ. primo in acquiſitas ꝛ infuſas ſcd̃o in theologicas ꝛ intellectuales ꝛ morales. LXXIII

Uantũ ad ſecundũ dicendũ eſt q ꝟtutes dupliciter diſtinguunꝰ Uno mõ ex ꝑ/ q te modi habẽdi. q2 quedã habenꝰ ꝑ infuſionẽ quedã ꝑ acq̃ſitionẽ. Acquiſite dicunꝰ que ha/ benꝰ ex nr̃is actibꝫ ꝓcedẽtibꝫ ab aliq̃bꝫ ꝑncipijs naturali/ bus in nob̃ ꝑexiſtentibꝫ ꝛ tales ſũt oẽs ille de q̃bꝫ determi/ nat Ariſto. li. ethic. Infuſe dicunꝰ ille q̃ a nob̃ nõ habẽtur ex actibꝫ nr̃is: ſed a deo ꝑ infuſionẽ ſicut ſũt ꝟtutes theolo gice q̃bꝫ ꝓportiõabilr rñdẽt alij hitꝰ nob̃ diuitꝰ infuſi. q2 ſic ſe hñt alie ꝟtutes nob̃ infuſe ad tres theologicas ſic̃ ſe ha bẽt ꝟtutes morales intellectuales acq̃ſite ad ꝑncipia natu ralia ꝟtutũ acquiſitaꝝ. ꝛ de iſtis ſolũ determinãt theologi q̃s nõ nouere phi. Uirtutes aũt acq̃ſite ꝛ infuſe differũt ĩ ſpẽ. Unñ iuſticia a deo infuſa ꝛ iuſticia humanitus acq̃ſita ſpẽ differũt q2 aut rõne formali reſpiciũt ſuũ obiectũ ille et alie. Neceſſitatẽ aũt ponẽdi ꝟtutes infuſas ꝑter acq̃ſitas q̃uis maioris ꝑſcrutatiõis ſit. tñ h̃ breuitꝰ pono. q2 nõ mi/ nus debẽt eẽ ꝑfecti actꝰ q̃bꝫ ordinamur ad btitudinẽ ſuꝑ/ naturalẽ q̃ꝫ illi q̃bus ordinamur ad btĩtudinẽ naturalẽ. ſꝫ iſti ſũt ꝑfecti hitus ꝛ ꝓcedũt a potẽtijs ꝑfectꝫ. ḡ ꝛ alij hitꝰ.

Illi aũt nõ poſſunt eſſe habitus morales vel intellectua-
les acq̃ſiti. q2 nec cognitio naturalis intellect⁹ nr̃i nec incli
natio naturalis volũtat3 nr̃e tendit in talẽ btĩtudinẽ. Re-
linquit̃ g̃ ꝙ illi habit⁹ ſupnaturales ſũt ꝛ infuſi. Ex q̊ pat3
ꝙ p̃ter habit⁹ acq̃ſitos oportet ponere alios infuſos. Secũ
do diſtinguunt̃ virtutes ex pte obiectoꝝ. ꝛ h̄ fit q2 obiectũ
alicui⁹ ꝟtutis vel ẽ aliq̃d qđ rõnis nr̃e excedit cognitionẽ
ꝛ ſic habem⁹ tres ꝟtutes theologicas. ſc3 fidẽ ſpem ꝛ chari
tatẽ q̃ hñt deũ ꝑ obiecto ꝑut nr̃e rõnis excedit cognitionẽ
vel ipm obiectũ qđ humana rõne cõprehẽdi poteſt. Et ſic
habem⁹ ꝟtutes morales ꝛ intellectuales q̃ ſic ab inuicem
diſtinguunt̃. q2 ꝟtus ꝑficit ad bñ opandum. Principiũ au
tẽ actuũ hũanoꝝ ẽ duplex. ſc3 intellect⁹ ſeu rõ: ꝛ appetitus
Hec. n. ſũt duo mouẽtia i hoĩe. vt dr̃. iij. de aĩa. Vñ oĩs vir
tus humana oportet ꝙ ſit pfectiua alicui⁹ illoꝝ pncipioꝝ.
Si quidẽ g̃ ſit pfectiua intellect⁹ ſpeculatiui vl' practici ad
bonũ hoĩs actũ. neceſſario erit ꝟtus intellectual'. Si aũt ſit
pfectiua ptis appetitiue. erit ꝟtus moralis. Et ſic de ſcđo.

De ſingl'is ꝟtutib⁹ in ſpeciali ꝛ p̃mo de theologicis in
genere quot ſunt ꝛ eoꝝ ſufficientia. Cap̃ LXXIIII

q

Quantũ ad tertiũ primo dicẽdum
eſt de ꝟtutib⁹ theologicis. ſcđo de intellectua-
lib⁹. t'cio de moralib⁹. Quãtũ ad p̃m p̃o dicẽdũ
ẽ đ ꝟtutib⁹ theologicis i gñali q̃t ſit ꝛ vñ dicũt̃ ꝛ
quõ diſtiguũt̃. Scđo dicẽdũ ẽ đ eis i ſpẽali Quãtũ ad p̃m
q̃d ẽ ꝟt⁹ theo^ca. Dicẽdũ ꝙ ille q̃ hñt deũ ꝑ obiecto vñ dicũt̃
a theos qđ ẽ đs ꝛ logos qđ ẽ ſmo. q̃ſi ſmo đ đo. Deũ tñ di-
uerſimode reſpiciũt Cũ. n. đs ſit finis nr̃ ſupnatural'. hũi ñ p̃t
ſine merito. nullũ aũt meritũ ẽ ſine charitate. Ergo ad ipm
merẽdũ charitas requirit̃ ſ3 dilectio charitat3 ñ p̃t hñi ſine
p̃cedẽte cognitiõe De⁹ aũt ñ p̃t cog̃ſci vt ẽ nr̃a btitudo ſup
natural' ſine cognitiõe ſupnaturali. ꝛ iõ ad h̄ ordinat̃ fides
q2 credim⁹ ex auctẽte dei dicẽtis. Nullus aũt diligeret finẽ

tanq̃ ſuũ niſi ſperaret illũ poſſibilē haberi a deo. ⁊ ad h̄ or dinat̄ ſpes. Sic ergo ſũt tres v̄tutes theologice. fides ſpes charitas. que habent deũ ꝑ obiecto ſed diuerſimode. Nã fides vt eſt p̄ma veritas excedens naturalē rõnem Spes vt ē finis vltim⁹ expectat⁹ ⁊ difficilis. i. ſupra humanã fa/ cultatē. Sed charitas vt eſt p̄ma bonitas hoīs cõpletiua ſupnaturalis. Fides habet eē intellectu. Spes ⁊ charitas in voluntate. Cũ aũt infundunt̄ ⁊ vt ſũt v̄tutes. ſimul ſunt tempe. ſed natura prior eſt fides ſpe ⁊ charitate. ſ ꝑfectio/ ne prior eſt charitas de aliijs duabus.

De ſingulis virtutib⁊ theologicis. ⁊ primo de fide quot modis dicit̄ fides. Capitulũ LXXV

Ecũdo de eis dicendũ eſt in ſpeci ali ⁊ primo de fide. Circa quã p̄mo videdum eſt quid eſt fides. ⁊ quot modis dicit̄. De qua breuiter me expediēdo dico ꝙ multꝭ modis dr̄ Quia aliqñ dicit̄ habitus acq̇ſitus ex auctoritate alicu/ ius dicentis. ⁊ ſic eſt habitus intellectualis. vt dicet̄ infra Aliqñ etiã noīe fidei ĩportat̄ large res credita ꝑ fidē. vt di citur aliqñ. d̄s eſt fides mea. aliqñ actus fidei. vt cũ dico. Fides mea ē ꝙ deus eſt hõ. i. actus fidei mee. Aliqñ ſumit̄ ꝑ collectõe articuloꝝ fidei. ⁊ ſic dicit̄ in ſymbolo athanaſij. Hec eſt fides catholica. Aliqñ aũt ſumit̄ ꝑ fructu. ⁊ ſic po nit̄ ab apl'o ad Galath. v. Proprie tamē fides ꝓut virtus eſt theologica eſt habitus q̄ diſponit̄ intellect⁹ ad credēdũ faciliter prime veritati. q̃tũ ad ea q̄ ſupra humanã ratio/ nē ſunt. Et ſic diffinit̄ ab aplo. Heb. xi. Fides eſt ſperãda/ rum ſubſtantia reꝝ argumentũ nõ apparentiũ.

De pertinentibus ad fidem.

Ecũdo dicendũ eſt de ꝑtinentib⁊ ad fidē et ſunt tria Primũ eſt de ſymbolis fidei. Secundũ eſt de articu/ lis contentis in ſymbolis. Tertiũ eſt de diſtinctione ipſoꝝ articulorum.

Quid ē ſymbolū ⁊ vn̄ dr̄ ⁊ q̊t ſūt ſymbola. 

q Uantū ad primū ſunt iſta ponenda ſimul q̊t ſunt ſymbola. vnde dicunt᷑. a quibus ſunt edita. que eſt vtilitas editionis ipoꝝ. Ubi ſciēdum ꝙ ſymbolū dicitur a ſimultate vel collectiōe qn̄ ex pluribꝫ ptibꝫ fit vnū ꝯtinuū. Un̄ ⁊ ſymboliſare dicunt᷑ q̄ ex pluribꝫ partibꝫ aliqua ad vnum et in vnū colligūt. Et hoc modo a collectōe triplici dicit᷑ ſymbolū. Primo a collectiōe multoꝝ hoīm in vnā fidē. Secūdo a collectiōe predicantiū ⁊ declarantiū fidē. Tertio a collectiōe articuloꝝ ⁊ diuerſis locis ſcp̄ture in q̄ tota fides ꝗ̄tum ad credibilia p̄ncipalia ꝯtinet᷑. Fuit aūt duplex vtilitas cōdēdi ſymbolū. ſcʒ certa ⁊ facilioꝛ cognitio credēdoꝝ ⁊ maioꝛ cautela ꝯtra fraudē hereticoꝝ fidē coꝛrumpentiū. Cū eni veritas fidei i ſacra ſcp̄tura diffuſe ꝯtineat᷑ in plibꝫ locis obſcure. ita ꝙ ad eliciendū clare fidei veritatē ex ſacra ſcriptura requirit᷑ longū ſtudiū cui nō pn̄t intēdere oēs illi quibꝫ neceſſariū eſt cognoſcere fidei veritatē. Neceſſarium ergo fuit ex ſentētijs ſacre ſcripture ſūmatim eam colligere. vt ſic ea colleeta ꝓponeret᷑ oībꝫ ad credendū ne fides ſimpliciū p hereticos coꝛrūpētes ſcripturas coꝛrumpetur. Et hoc quidē factū eſt in tribꝫ ſymbolis. Primo in ſymbolo apl̄oꝝ qḋ ꝓditū eſt tp̄e veritatis nōdū tamē ꝓplate. et iō dicit᷑ ſubmiſſe. Secūdo in ſymbolo Niceno tp̄e veritatꝭ ꝓpalate ꝯtra hereticos. Et ideo in miſſa ſolennit᷑ canit᷑ poſt euangeliū. In quo quedā difficilia que ꝯtinebant᷑ in ſymbolo apl̄oꝝ diffuſius elucidant᷑. Tertio ꝓ ſymbolū additū eſt tp̄e veritatis p hereticos ꝯcuſſe ſʒ tamen adhuc p̄ualente. ſcʒ ſymbolū Athanaſij. ꝓpter qḋ dicitur in mane depulſis tenebꝛis ꝗ̄uis ſit illud magis p modū cuiuſdā doctrine quā p modū ſymboli. In his aūt tribꝫ ꝯtinetur eadem veritas ſed in vno magis explicite ꝗ̄ in alio. ſm ꝙ neceſſariū fuit ꝓpter h̄eſes diuerſas diuerſis tp̄ibꝫ inſurgētes

## Quid eſt articulus fidei. Capitulū LXXVII

q Uantū ad ſecundū ſcꝫ de natura articulorꝫ in ſymbolo ꝯtentorꝫ. Sciēdū ꝙ ſm ꝙ dicit Hugo de ſancto victore. Articulus eſt indiuiſibilis veritas de deo artans nos ad credendū. Dicit᷑ aūt indiuiſibilis veritas nō qꝛ ſit de incōplexo. qꝛ circa incōplexa ꝓprie nō eſt veritas. ſed qꝛ eſt de complexo nō reſolubili in plures veritates habētes ſpeciales difficultates. Et dicit᷑ talis veritas articulus ad ſimilitudinē articuli in rebus corporalibꝫ in q̄bus articulus vocatur organū qđ nō eſt diuiſibile in plura. Qđ aūt diuiſibile ē id illa plura nō dicit᷑ articulus. ſicut manus q̄ diuidit᷑ in digitos nō dicit᷑ articulus ſed digitus q̄ vlterius nō diuiditur in alia organa. Similiter veritas fidei q̄ nō diuidit᷑ in plures veritates habētes ſpēales difficultates dr̄ articulus. Dico aūt plures hn̄tes difficultates qꝛ cū fides ſit de his q̄ ſunt ſup̄ rōnē humanā q̄ hn̄t difficultates ſpeciales articuli dicunt᷑. Et iō ſi ex vno articulo aliq̄ ſeq̄nt᷑ vel continentur q̄ eo credito facile ē credere. nō faciunt nouū articulū. Sicut credito ꝙ xp̄s fuerit mortuꝰ. facile ē credere ꝙ fuerit ſepultus. ⁊ ideo de morte ⁊ ſepultura xp̄i nō ſunt diſtincti articuli. Qꝫ aūt addit᷑ ꝙ eſt veritas artans nos ad credendū. nō eſt intelligendū de artatiōe coactōis cū nullus credat niſi volēs ſed de artatiōe ſuppoſitiōis. qꝛ ſi volumꝰ ſaluari artamur ad credendū. Eſt tn̄ aduertēdū ꝙ articulus pōt dici vel eē illud ad qđ credēddū nos artat fides. ſꝫ nō ſola. Et articulus pōt dici illud ad qđ credendū artat nos fides ⁊ ſola fides. Primo modo dicit᷑ articulus deum eē vnū creatorē oīm. ⁊ quedā talia ad q̄ p fidē artamur. qꝛ his amotis nō eſſet fides. nihilominus h̄ nō tenet᷑ ſola fide ſꝫ pn̄t ſciri vera demōſtratiōe. Scđo mō dicitur articulus ſolū illud qđ excedit rōnē viatorꝫ ſicut deū eſſe trinum in ꝑſonis. filiū incarnatū ⁊ hmōi. ⁊ ſtricte loquēdo ac pro-

prie. hi ſoli dicunt articuli fidei.

De diſtinctione articuloꝝ quō ab inuicē diſtinguunt.

Quantū ad tertiū ſcꝫ de diſtinctiōe articuloꝝ. Scien/dū ꝙ articuli dupliciť diſtinguunt. Uno enī mō di/ſtinguunt ſm diſtinctionē credibiliū. Secundo modo ſm diſtinctionem ordinantium.

Quomodo diſtinguuntur articuli fidei ex parte credi/bilium. Capitulum LXXVIII

Quātum ad primū ſciendū ꝙ cum articulus ſit veritas de deo vt dictū fuit. aut eſt hec veritas ptinēs ad maieſtatem diuinitatꝭ aut ad myſteriū aſſumpte hūanitatis. Circa ꝑo maieſtatē diuīitatis tria nob credēda ꝓponunt. Primū eſt vnitas diuitatis. ⁊ ſic ē prim⁹ articulus. Credo in vnū deū. Secundū eſt trinitas in pſonis. ⁊ de h ſunt tres arti/culi. Unus ptinēs ad patrē. Patrē oīpotētē. Scd̄s perti nēs ad pſonā filij. Et in ihm xp̄m filiū ei⁹. Alius ptinens ad pſonā ſpūſſcti. Credo in ſpm̄ſctm̄. Tertiū qd̄ nob cir/ca diuinitatē ꝓponiť. ſunt opa diuinitatis ad q̄ ptinēt tres articuli. vn⁹ ad op⁹ nature. Creatorē celi ⁊ terre Et alius ad op⁹ grē. Sanctā eccl'iam catholicā ſctōꝝ cōmunionē remiſ. pctōꝝ. Alius ptinens ad cōſummationē gl'ie. Car nis reſurrectionē: ⁊ vitā eternā. Amē. Et ſic ſunt ſeptē ar/ticuli circa myſteriū diuinitatis. Circa myſteriū humani tatis xp̄i ꝓponunt nobis ſeptē credenda. ſcꝫ Cōceptio. na tiuitas. paſſio. deſcēſus ad inferos. reſurrectio. aſcenſio in celū. aduentus in iudiciū. De his aūt ſeptē ſunt ſeptē ar/ticuli. Quoꝝ p̄mus ē. q̄ cō ceptus eſt de ſpūſctō. Scd̄s. na/tus ex maria ꝟgie. Tertius. paſſus ſub pōtio pylato cru. mor. ⁊ ſepultus. Quartus deſcendit ad inferos. Quintus tertia die reſurrexit a mortuis. Sextus aſcendit ad celos: ſedet ad dexterā dei patris omnipotētis. Septimus. inde venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos.

Chiliadis Prima



Tractatus II

Diſtinctio articulorum fidei ſm numerū apoſtolorum eos ordinantiū. Capitulum. LXXIX

Ecūdo diſtinguunt articuli ſm diſtinctionē ⁊ numerū apl'oꝝ ipſos ordinantiū ⁊ ſic nō ſūt niſi .xij. Petrus quidē pnceps apl'oꝝ poſuit tres articulos. ſcʒ ꝺ vnitate eēntie. ꝺ oipotētia patris. de ope creatōis dicēs. Credo in deū pa. oī. cre. ce. ⁊ ter. Johēs aūt poſuit articulū ꝺ perſona filij dei dicēs. Et in ihm xp̄m filiū ei9 vnicū dn̄m noſtrū. Jacobus ʒebedei duos ꝯiūxit in vnū. ⁊ poſuit articulū de cōceptione ⁊ natiuitate dei dicēs. Qui ꝯcept9 ē de ſpūſctō Natus ex maria ꝟgine. Andreas poſuit articulū de paſſione dicēs. Paſſus ſub pōtio py. cru. mor. ⁊ ſe. Philippus poſuit de deſcēſu ad īferos di. Deſcēdit ad īferos. Thomas poſuit de reſurrectiōe dicens. Tertia die reſurrexit a mortuis. Bartholome9 de aſcēſiōe dicēs. Aſcēdit ad celos ſedet ad dex. dei pa. Matthe9 poſuit de aduētu ad iudiciū. Inde venturus ē iudi. vi. ⁊ mor. Jacob9 alphei poſuit articulū ꝺ pſona ſpūſſcti. Credo i ſpm̄ſctm̄. Op9 grē diuiſerūt ſibi duo apl'i. Nam ſymon poſuit effectū gratie ⁊ ꝯſecutionē boni dicēs. Sāctā eccl'iam catholicā. communionē ſctōꝝ. ſupple credo. Judas iacobi q̄ntū ad remotionē mali dicēs. Remiſſionē pctōꝝ. Mathias aūt poſuit effectū gl'e ſm quoſdā. ſm aliquos aūt thomas itēꝝ dicēs. Carnis reſurrectionē ⁊ vitā eter. amē. Hec autē diſtinctio ꝓprie nō eſt articuloꝝ ſed magis ꝯtentoꝝ in ſymbolo ſm ordināte9 ⁊ iō pma eſt melior. Ex dictis etiā patet ꝙ Berñ. gloſator nō bñ diſtinxit articulos ſuꝑ ca. Firmiter credim9. extra de ſūma trini. ⁊ fide catholica. Ipſe eni ibi poſuit baptiſmū eſſe primū articulū humanitatis qꝺ verū nō eſt. Nullū eni ſacramētū eccl'ie eſt diſtinct9 articulus. Sʒ oīa ſacramēta ⁊ ea q̄ reſpiciūt fidē q̄ ſunt neceſſaria ad credendū ꝺ ordinatione eccl'ie. de ptāte pape et

iuriſdictiõe aliorũ p̄latorũ.oĩa cõtinẽtur ſub illo articulo. Credo vnã ſanctã eccleſiã catholicã ſctõꝝ cõmunionẽ. In pluribꝫ etiã alijs ibi nõ clare vidit de q̄bꝫ nõ curo ad pñs.

De ſpe quid eſt et quot modis dicit̄. Ca. LXXX.

Ecũdo de ſpe. Circa quã intelligẽdum eſt ꝙ ſpes accipit̄ quinqꝫ modis. Primo pro paſſiõe appetit⁹ ſenſitiui. ꝛ ſic cõnumerat̄ inter quatuor principales paſſiones. que ſunt ſpes. timor. gaudiũ. ꝛ triſticia. Et iſto mõ nõ eſt ſolũ in hominibꝫ. ſꝫ etiã in aĩalibꝫ alijs que habẽt appetitũ ſenſitiuũ qđ. patet. qꝛ aĩalia inueniunt̄ operari ꝓpter bonũ aliqđ futurũ eſtimatũ poſſibile. ſicut aues faciũt nidũ ꝓpter filioꝝ educationẽ. ꝛ vnũ aĩal aggredit̄ alterũ ex ſpe victorie. Et nota ꝙ ſpes ſic accepta in ſuo obiecto req̄rit quatuor cõditiões. Prima quidẽ vt obiectũ ſit bonũ. qꝛ ſpes eſt đ bono timor de malo. ꝛ ideo per hoc differt a timore. Scđa eſt ꝙ ſit futuꝝ per qđ differt a gaudio. qđ eſt de pñti bono habito. Tertia eſt ꝙ ſit arduũ ꝛ cũ difficultate adipiſcibile ꝛ ꝑ hoc differt a deſiderio et cupiditate q̄ ſunt de bono futuro abſolute Quarta ꝙ ſit arduũ poſſibile adipiſci ꝛ ꝑ hoc differt a deſperatiõe. ꝛ ſic ꝓut eſt paſſio in nullo reſpicit ſpem q̄ eſt virt⁹ theologica. alijs aũt q̄tuor modis reſpicit ỽtutẽ theologicã. Et p̄mo dicit̄ aliq̄n ſpes de obiecto ſpei que eſt res ſperata vt cũ dicit̄ ad Tytũ. iij. Expectãtes beatã ſpẽ id ẽ beatitudinẽ ſperatã. Scđo dicit̄ de actu ſpei. vt cũ dicimus ꝙ ſpes eſt expectatio future btĩtudinis. Tertio accipitur ꝓ certitudine q̄dã. et ſic accipit̄ ad Roma. v. ca. Tribulatio patiẽtiã operat̄. Patientia ſpem id eſt certitudinẽ de retributiõe. Quarto mõ dicit̄ ſpes habit⁹ inclinãs ꝛ determinãs volũtatẽ ad expectãdũ vltimũ finẽ ſupernaturalem. Primo mõ ſpes eſt paſſio ꝛ nõ habit⁹ ꝛ nõ eſt virtus Scđo mõ eſt obiectũ virtutis. Tertio mõ eſt act⁹ virtutꝭ. Quarto mõ eſt circũſtãtia actus ỽtutꝭ. Quinto mõ ꝓprie

eſt virtus et diffinit a doctoribꝫ ſic. Spes ē certa expectatiō future beatitudinis ex diuina gratia ꝛ ex meritis humāis prouenīēs. Quā diffinitionē plus explicare nō intēdo. niſi qꝫ hic diffinit habitus ꝑ actū. Hec aūt ſpes habet ꝓdictas quatuor ꝯditiōes in ſe ꝛ in ſuo obiecto. ſꝫ ī tertia addit plus. ſ. qꝫ ſit ita arduū qꝫ ꝑ humanā facultatē haberi nō poſſit. Et ideo ꝗ̄tum ad hoc additur in diffinitione predicta ex diuina gratia prouenieens. prout tamen eſt paſſio eſt arduū. cū infra humanā facultatem.

De charitate et habitu charitatis. Ca. LXXXI.

Ertio de charitate dicēdū ē et primo quot modis dicit. Scd̄o quō ſe habet ad alia nomia que amorē importāt. Tertio quis amor pertineat ad charitatē.

Quot modis dicitur charitas.

Uantū ad primū dicendū qꝫ charitas dicitur quinqꝫ modis. Uno modo vocatur charitas ipſa res amata per charitatē q̄ eſt obiectū eius. Et ſic deus dicitur charitas. Et ita accipit illā Jo. ꝓma. cano. c. iiij. Deus charitas eſt. Scd̄o dicit charitas ipſe actus charitatis. Et ſic illo modo ſumitur ibidem. Qui manet in charitate: in deo manet. Tertio dicitur de effectu charitatis. Sicut Joh. xv. Maiorē hac charitatē nemo habet vt aīam ſuā ponat quis pro amicis ſuis. Quarto charitas dicitur perſona trinitatis cui cōuenit appropriate dare charitatē. ꝛ ſic ſpiritus ſanctus dicitur charitas. ſicut dicit beatus Aug⁹. xv. d̄ trinitate. cap̄. xliiij. Quinto dicit charitas habitus a deo infuſus inclinās volūtatē ad deū diligēdū faciliter tanqꝫ ſupnaturale bonū ꝛ vltimū finē ſuū. Primo modo ꝛ quarto charitas nō eſt virtus. ſed eſt deus dator om̄is virtutis. q̄ etiā eſt obiectū virtutis charitatis. Scd̄o etiā modo eſt actus virtutis. Tertio modo effectus virtutis. Sed quīto modo dicitur virtus. De qua apl'us ad Roma. v. Chari

tas dei diffuſa eſt in cordibus veſtris per ſpiritũſanctũ ⁊c Et diffinitur ſic ab Auguſtino ſuper pſalmiſtam. Charitas eſt fons proprius. ⁊ ſingulorũ bonorum alueus habitus ſingularis beatorum cui non communicat alienus: Alio mõ charitas eſt vnus fruct⁹ de quo ageť inferius.

Qr ea que ſunt nomina pertinentia ad partem ſenſitiuam inferiorem extendunt ſe ad partem intellictiuã ſuperiorẽ ⁊ nõ econuerſo Capitulũ LXXXII

Ecundo videndũ eſt quõ ſe habet charitas ad alia noia que importãt aliq̃d pertinens ad amorẽ ⁊ ipſa ad inuicẽ. Ubi intelligendũ ꝙ potẽtie aĩme diſtinguũť in intellectiuas ⁊ ſenſitiuas. Intellectiua aũt pars diſtinguitur in cognitiuã ⁊ appetitiuam. intellectũ ſcʒ ⁊ voluntatẽ Et ſenſitiua ſimiliter in cognitiuã que apprehẽdit. ⁊ appetitiuã que vocatur appetit⁹ ſenſitiu⁹. Pars aũt intellectiua ꝯtinet q̃cq̃d habet nobilitatis ſenſitiua ſʒ nõ ecõtra. Et ideo ea q̃ dicunť de parte ſenſitiua transferunť ad partẽ intellectiuã ⁊ dicũtur ⁊ nõ ecõtra ꝓprie. Et hoc patet de cognitiua q̃ntuʒ ad ſenſum. videre eñ ꝓprie cõuenit potẽtie viſiue ⁊ nihilominus tranſit ad actũ intellect⁹. vñ clare intelligere dicimus clare videre. Sed cũ intelligere ſit propriũ cognitiue partis in intellectu. nunq̃ intelligere conuenit alicui parti cognitiue in ſenſu. Similiter eſt de parte appetitiua. Qr em̃ pars ſenſitiua ſequẽs apprehenſionẽ vocatur appetit⁹. Idcirco nomen appetitus tranſit ad partẽ intelleitiuam: que ſequitur apprehenſionẽ que vocatur volũtas proprie. et dicitur ſimiliter appetitus. ſed nõ ecõuerſo. Non em̃ appetitus ſenſitiuus vocatur proprie voluntas ſed ſolum intellectiuus: Nobiliora enim entia cum ignobilibus rebus in nominibus cõmunicant. et nihilominus ſingulares nobilitates habent. et ſingularia nomina ſibi appropriant. Et qd̃ dictũ eſt in iſtis nominibus. intelligẽdũ eſt etiã in

aliis nominib⁹ q̄ ea que pertinēt ad partē inferiorē ſenſi/ tiuā extenduntur ad partē ſuperiorē intellectiuā ⁊ nō ecō/ tra ꝓprie ratiōe ſue nobilitatis. Qꝛ etiā dixi intelligendū eſt ꝓprie. qꝛ ea que ſunt partis ſuperioꝛis larga acceptione dicimus in parte ſenſitiua. vnde large loquēdo appetitum ſenſitiuū vocamus voluntatē. ⁊ ſic in aliis oībus ſuppo ſitis oſtendendū eſt ꝓpoſitū.

Quō ſe habet charitas ad amorem ⁊ dilectionem ⁊c. et omnia ad inuicem. Capitulum LXXXIII

Amor ergo proprie quietationem appetitus importat. ſ; qꝛ nomē appetit⁹ eſt cō/ a mune parti ſenſitiue et parti intellectiue. ideo etiā amoꝛ ꝯuenit quietatiōi appetit⁹ ſenſitiui ⁊ intellectiui. ſ; differēter. Prout em̄ ꝯuenit appetitui ſenſiti uo. amoꝛ eſt paſſio. ⁊ ſic amoꝛ cōuenit hōi et brutis. ⁊ ſic ꝓ/ prie ſibi nomē amoꝛis vēdicat. Appetit⁹ aūt intellectiu⁹ q̄ eſt volūtas ꝓprie eſt electiu⁹ ⁊ nō paſſionat̄ directe. ⁊ ideo ſm̄ qꝺ quietat̄ electiue. talis amoꝛ vocat̄ dilectō q̄ſi dilecti electio. et ſic ſolus amoꝛ q̄ eſt dilectio eſt i intellectuali nā/ tura et nō in brutis aīalib⁹. vnde habēt amorē ad alterutꝝ nō aūt dilectionē. In hominib⁹ aūt eſt amoꝛ vterq;. qꝛ etiā eſt in eis amoꝛ ꝓut importat paſſionē. Vn̄ etia; dicimus multos paſſionatos in amore q̄ nō ſequunt̄ diſcretionē ra/ tiōis. ⁊ in eis ē amoꝛ dilectōis q̄ eſt in appetitu intellectiuo cū vtrūq; appetitū habeāt. ⁊ ſic pt; q̄ oīs dilectio amoꝛ ē ſ; nō oīs amoꝛ dilectio. qꝛ nomē inferioꝛ; potētie transfert̄ ad ſuperiorē ⁊ nō ecōtra. Oīa aūt noīa que ad amorē ꝑtinēt ſic ſe habēt q̄ oīa vel includūt amorē vel addūt aliq̄d ſu pra ipm̄. Et ſunt quatuoꝛ. Vel amoꝛ ea includit ⁊ addit aliq̄d ſupra ipſa. et ſimiliter ſunt quatuoꝛ. Noīa ergo que amoꝛ includit ⁊ addit aliq̄d ſupra ipſa ſunt hec ſc; cōcupi ſcentia. beniuolētia. bn̄ficētia. cōcoꝛdia. ⁊ accipiūt̄ ſm̄ quat tuoꝛ ꝓprietates amātiū ⁊ amoꝛis. Quarū prima eſt q̄ ha/

li tot operatōes ⁊ tot potentias que nihil aliud ſunt niſi pro
xima operationū principia quot ſunt neceſſaria ad vitam
aīalis perfecti. In aīali autē perfectio requirit̄ ꝙ nō ſolum
apprehendat rem cum eſt preſens ſed etiā cum eſt abſens:

qꝛ cum nõ habet oĩa neceſſaria ſibi coniuncta oportet ꝙ
moueatᷣ ad diſtantiã. Cum ergo aĩal moueatᷣ ad rem ipſam
quã apprehendit. oportet ꝙ ad hoc quod moueatᷣ ad rẽ ab/
ſentẽ ꝙ abſentẽ apprehẽdat. Sic igitᷣ aĩal habet virtutes ⁊
potentias exteriores per quas res preſentes apprehendit.
Ita oportet ꝙ habeat potẽtias interiores per quas res ab/
ſentes apprehendat. ⁊ earũ ſpecies retineat. Ulterius ſcđo
notandũ ꝙ ſi aĩal mouetᷣ ſolũ ꝓpter delectabile vel triſtabi/
le ſm̃ ſenſum. nõ eſſet neceſſariũ ponere in aĩali niſi poten/
tiã apprehenſiuã formaꝝ per quas percipit ſenſus ⁊ in qui
bus delectatᷣ vel quas horret. ſ; nõ ſolũ hoc eſt neceſſarium
aĩali imo vltra hoc vt querat vel fugiat nõ ſolũ que ſunt ei
ꝯueniẽtia ad ſenſum ſed ea que habẽt rõem vtilis vel noci
ui. ſic ouis fugit lupũ nõ ꝓpter colorẽ vel figuram. qꝛ ſi eſſet
pulchrioris coloris puta albi vł pulchrioris figure. adhuc
fugeret ſed fugit eo ꝙ nociuus vł inimicus. Siłr auis colli
git paleã nõ ꝙ delectat ſenſum ſed qꝛ eſt ſibi vtilis ad nidi
ficandũ. Quia ergo neceſſariũ eſt vite aĩalis perfecti vt rem
abſentẽ ſicut ⁊ preſentẽ accipiat ⁊ eius ſpeciẽ apprehẽſam
ꝯſuet. ⁊ iteꝝ ꝙ ñ ſolũ res apprehẽdat vt delectabiles vł tri
ſtabiles ſm̃ ſenſũ ſ; etiã vt nociuas vel vtiles. ⁊ iđ neceſſe ẽ
ponere potentias interiores. ad quas hec pertineãt ad que
nõ attingũt exteriores que ſm̃ auicẽ. quinq; ſunt. licet ſm̃
aliquos nõ ſint niſi quatuor quaꝝ diſtinctio ſic põt accipi.
Senſus eñ interior aut habet eſſe circa formas ⁊ ſpecies
ſenſibiles que accipiuntᷣ a rebus. aut circa intentiões earũ
ſcꝫ amicicie vtilis vel nociui quod idẽ eſt. Si circa formas
ſenſibiles. aut apprehendẽdo ſolũ. ſic eſt ſenſus ꝯmunis. q̃
cõmunis dicitᷣ propter tria eius opera que habet ſcꝫ cogno
ſcere obiecta oĩm ſenſuũ exterioꝝ ſcꝫ colorẽ ſonum ⁊ ſic de
alijs. Secundo inter ea iudicare ſcꝫ inter albũ ⁊ dulce. que
duo nũ poteſt facere aliqs ſenſus particularis exterior. Et
tertio cõmunia ſenſibilia apprehendere ſcꝫ illa quinq; que
ponit phus ſenſibilia cõmunia. v. de aĩa. que ſunt motus

quies. numerus. figura ⁊ magnitudo. Hec em̄ nullius particularis ſenſus ſunt propria ſed ſunt cõmunia omnibus non ſic quaſi omnia iſta ſint omnibus cõmunia ſed quedam horum. Nam numerus motus ⁊ quies ſunt cõmunia omnibus ſenſibus. tactus vero ⁊ viſus percipiunt omnia quinq;. ⁊ hec omnia ſimiliter apprehenduntur a ſenſu comuni. ⁊ propter iſta dicitur cõmunis. Si autē potentia verſetur circa formas ſenſibiles nõ ſolum apprehendendo ſed etiã retinendo. ſic eſt imaginatiua cuius eſt formas ſenſibiles ⁊ ſpecies apprehenſas in abſentia ſenſibiliũ conſeruare. Et iſte due potentie habent eſſe in anteriori parte capitis circa frontem in qua parte diſtinguuntur due cellule quarũ prima eſt magis humida. ſecunda autē magis ſicca. Modo humida bñ recipiũt ⁊ male retinēt. ſm phm in libro de memoria ⁊ reminiſcentia. Sicca autē econtra. Et ideo ſenſus cõmunis ad quē terminant̄ nerui omniũ aliarũ potentiarũ ⁊ ſunt earũ actus. ponit̄ in pria cellula humida cuius eſt bene recipere. imaginatiua aũt in ſcda que eſt magis ſicca cuius eſt bene ꝯſeruare. Si autē verſetur ſenſus circa intentiões vtilis vel nociui. amici vel inimici. aut hoc eſt apprehendēdo ſolũ ⁊ ſic eſt eſtimatiua naturalis. aut recipiendo ⁊ ꝯſeruãdo. ⁊ ſic eſt memoria ſenſitiua. Et ſic iſti duo ſenſus habent eſſe in poſteriori parte capitis: in qua diſtinguuntur due cellule quarum prima eſt magis humida ⁊ ideo in illa ponitur eſtimatiua cuius eſt ſolum recipiendo apprehendere. Secunda ⁊ vltima eſt magis ſicca. ⁊ ſic in illa ponitur memoria ſenſitiua cuius eſt ⁊ recipere ⁊ receptas intentiones conſeruare ſicut in theſauro Eſt autem hic intelligendũ ꝙ cum potentie ſenſitiue ſint ꝯmunes homini ⁊ alijs animalibus perfectis. inter hominē ⁊ alia animalia perfecta non eſt differentia quo ad illas potentias que ſunt apprehenſiue formarum ſenſibilium vel retentiue ſed quo ad illas que ſunt apprehenſiue ⁊ retentiue formarum intentionaliũ quo ad eſtimatiuã naturalem. ſcʒ ⁊ me-

moriã. Eſt autẽ talis differentia qꝛ alia aĩalia quo ad eſti/
mationẽ percipiũt hmõi intentões vtilis vel nociui natu/
rali inſtinctu. homo autẽ per quandam collationẽ ꝛ dedu
ctionẽ. ꝛ ideo quod in alijs aĩalibꝫ dꝛ eſtimatiua naturalis
in hominibꝫ vocaꝛ cogitatiua virtus. ꝛ qꝛ per quandã col/
lationẽ oĩe nociuũ vel vtile inueniꝛ. Uocaꝛ etiã in hoibꝫ
rõ pticularis. Eſt ei collatiua iſtaꝝ intentionũ indiuidua
liũ ſic̃ rõ vniuerſaliũ. Ex parte aũt memorie ſiliꝛ eſt differẽ/
tia. Nõ ſolum eĩ habet hõ memoriã taliũ que in preterita
recordatõe ꝯſiſtit ſed etiã reminiſcentiã q̃re reminiſcentia
ꝯſiſtit in quadã deductõe ꝛ inueſtigatõe ſyllogiſtica ad hoc
vt ex aliquibꝫ memoratis veniat in recordationẽ aliquorũ
preteritoꝝ quoꝝ nõ habebat memoriã. ꝛ ſic memoria eſt in
aĩalibꝫ ꝛ nõ reminiſcentia. In hominibꝫ vero vtrũqꝫ. Hoc
aũt habet eſtimatiua ꝛ memoratiua in homĩe nõ per illud
quod eſt ꝓpriũ parti ſenſitiue ſed ꝓpter affinitatẽ ꝛ ꝓpinqui
tatẽ ad rationẽ vniuerſalẽ ꝛ ad intellectũ ex cuius redun/
dantia et effluentia eſt amplioris et efficacioris virtutis.
Quintus ꝟo ſenſus interior ab aliquibꝫ poniꝛ fantaſia q̃
eſt in ſuperiori parte media capitis. ꝛ hic ſenſus ẽ medius
inter imaginationẽ ꝛ eſtimationẽ naturalẽ ſiue cogitatiuã
ꝛ huius officiũ eſt ꝯponere inuicẽ ſpecies apprehenſas ꝛ i
tentiões ꝛ diſtincti ꝛ ꝯiuncti. ſic̃ cũ ex forma auri ꝛ montis
format montẽ aureũ quẽ nunq̃ꝫ vidit. ꝛ alia figmẽta vt chy
meras ꝛ hmõi. qđ attribuiꝛ fantaſie cuius organũ poniꝛ in
medio cerebri. Sed qꝛ iſta operatio in aĩalibꝫ ab hoĩe non
apparet. ꝛ ad hanc videꝛ ſufficere in hoĩe virtus imagina/
tiua. Ideo alij iſtã potẽtiã nõ ponũt diſtinctã ab imagina/
tõe ſꝫ ipi imaginatiõi iſtã opationẽ attribuũt. ꝛ huius ſñie
eſt expreſſe auerrois in quodã libro quẽ fecit de ſenſu ꝛ ſen/
ſibilibꝫ. ꝛ ſic ipa imaginatio dꝛ etiã fantaſia. Sed dꝛ ima/
ginatio inq̃ꝫtum tales ſpecies ꝯſeruat ꝛ ẽ theſaurus ꝛ me/
moria quedã eoꝝ. ꝛ ideo dꝛ imaginatio quaſi imaginũ con
ſeruatio. dꝛ aũt fantaſia inq̃ꝫtum facit taliũ formaꝝ diuer/

ſas compoſitiões. Et dicit a phanos quod eſt apparitio qꝛ facit diuerſa homini apparere. vnde ꝛ tales apparitiones fantaſie dicuntur. ꝛ ipe ſpecies in ea conſeruate fantaſmata appellant. ꝛ ſic ſm hoc nō eſſent niſi quattuor ſenſus interiores realiter diſtincti. ſcilicet. Senſus cōmunis. imaginatio vl' fantaſia. eſtiatiua ſiue cogitatiua. ꝛ ſenſitiua memoria. ꝛ ſic habemus diſtinctionem potentiarū partis apprehenſiue. quātum ad ſenſitiuas potentias que in vniuerſo ſunt nouem. quinqꝫ exteriores. et quattuor interiores. ſi imaginatio et fantaſia non diſtinguuntur. quod verius reputo.

Quō diſtinguunt intellectiue potentie apprehēſiue.

Apprehenſiua aūt intellectiua ſic diſtinguit. qꝛ ea que a ſunt in parte intellectiua apprehenſiua poſſunt ꝯparari ad inuicē. Primo ſic potentia ad potentiā. quia ſic potentia paſſiua ad actiuā. ſic diſtinguit intellectu duplex. ſ. agens cuius eſt facere fantaſmata que ſunt intelligibilia ī potentia. eſſe intelligibilia actu. per ſuā illuſtrationem. Et poſſibilis cuius eſt illa apprehēdere ꝛ intelligere. Hec aūt duo ſcꝫ intellectus agens ꝛ poſſibilis. diuerſimode ſe habēt ad apprehenſionē. qꝛ intellectus agens pertinet ad potentias apprehenſiuas: nō tanqꝫ apprehendēs ſꝫ tanqꝫ apprehenſionē cauſans vel faciēs. Sed intellectus poſſibilis tāqꝫ apprehendēs. Scdo poſſunt ꝯparari ſic habitus ad actum. ꝛ ſic diſtinguunt memoria intellectiua ꝛ intellectus vel intelligentia. qꝛ vna ꝛ eadē potētia eſt intellectus ꝛ memoria ꝛ idē obiectū habent. ſed ab actibꝰ eſt talis diſtinctio qꝛ intellectꝰ poſſibilis dr̄ ꝛ vocat memoria inqꝫtum ꝯſeruat habitū ꝛ ſpecies intellectuales. ꝛ idem intellectus poſſibilis vocat intellectus ꝛ intelligentia prout actu vtit ſpeciebꝰ ꝛ actu ꝯſiderat per eas. ꝛ ſic eſt in actu ſcdo per eas qui eſt operari. Tertio modo ſicut actus ad actū ꝛ ſic diſtinguunt ratio ꝛ intellectus. Ratio eīꝫ ꝛ intellectus eadē ſunt potētia realiter ſed differunt in actu. quia intellectus dr̄ intellectus

quando ſine aliquo diſcurſu res apprehendit. ſed idem in/tellectus dicitur ratio. quādo circa res apprehenſas diſcurrit conſiderando componendo diuidendo et huiuſmodi. Quarto modo poſſunt comparari ſicut habitus ad habitū. et ſic diſtinguitur alio modo ratio ab intellectu. quia intellectus dr̄ habit⁹ principiorum. ratio vero conclusionū. Quin/to poſſunt compararari reſpectu finis. et ſic differunt intelle/ctus practicus et ſpeculatiuus. quia ſpeculatiuus dicitur q̄ quod apprehendit non ordinat ad opus. practicus autem econuerſo ordinat ad opus. et ideo eadem eſt potentia ſed differunt fine. quia practicus habet pro fine opus. ſpecula/tiuus veritatem. vt dicitur tertio de anima. et ibidem dici/tur q intellectus ſpeculatiuus extenſione fit practicus que extenſio eſt ad opus. Sexto poſſunt diſtingui et comparari ſm iſta tria ſimul. ſcilicet ſm actum. habitum et obiectum. et iſtis tribus modis eadē potentia intellectiua dicitur ra/tio inferior et ratio ſuperior. Vocatur tamen ſic et ſic a di/uerſo obiecto. quia ratio prout intendit eternis conſpicien/dis vel conſulendis. Conſpiciendis prout ea ſpeculatur i ſeipſis. Conſulendis autē prout ex eis accipit regulas agē/dorum. et tunc dicitur ratio ſuperior. Prout vero tempora/libus intendit dicit̄ ratio inferior. Item differunt ſm actū. quia rationi ſuperiori competit regere. inferiori regi. Et ſic loquit̄ ariſtoteles. iij. ethicorum. q rō ſemper ad optima depreca/tur. Item differūt penes habitū quia rō ſuperior conſulit per habitum ſapientie. inferior aūt per habitū ſcientie. Septi/mo poſſunt cōſiderari et comparari quātum ad gradum. et ſic diſtinguit̄ intellectus ſm diuerſos gradus et hoc diuerſi/mode ſm diuerſos. Quidā diſtinguūt ſic. Intellectus po/teſt cōſiderari tripliciter. Uno modo prout eſt in potentia. et ſic dicit̄ poſſibilis Alio modo prout eſt in actu primo qui eſt ſcientia. et ſic dicitur intellectus in habitu Tertio prout eſt in actu ſcdo qui eſt cōſiderare et ſic dicit̄ intellectus ade/ptus vel intellectus i actu a tali. Aliter diſtinguūt alij. Ad

quod notandū ꝙ intellectus poteſt ꝯſiderari quadruplici ter. Primo prout eſt ſicut tabula raſa anteq̄ ſit ſpecie intel ligibili informatus. ⁊ ſic eſt om̄ino in potentia vel ſimplici ter vel reſpectu illius cuius ſpeciem nō habet. ⁊ a tali gra du vocaṫ a philoſophis intellectus matˀialˀ ſeu potentōalis ſeu poſſibilis. ⁊ ſic agiṫ de eo. iij. de aīa vſq̄ ad partē illam. Cum āt ſit actu ſingula. Secūdo mō poteſt ꝯſiderari pro ut eſt actu ſpecie informatus ſed nō dum negociaṫ circa eā ⁊ ſic vocaṫ intellectus diſpoſitus vel ſpecie informatus. et ſic determinaṫ de eo ab illa particula. Cum aūt. vſq̄ ad il lam. quoniā in om̄i. Tertio modo poteſt ꝯſiderari vt actu circa ſpeciē iam adeptā negociaṫ. ⁊ ſic vocaṫ intellectus in actu. ⁊ ſic determinaṫ ꝺ eo ab illa particula. Quoniā. vſq̄ ad illā. Indiuiſibiliū intelligētia. Hunc āt gradū ⁊ ſtatū circa optimū intelligibile poſueṙt philoſophi habituꝫ in tellectum circa finē vite. Nos autē dicimus ꝙ erit in eter na beatitudine. Ex his ergo ꝯcludamus. ꝙ in parte intel lectiua. id eſt apprehenſiua nō ſunt niſi due potentie reali ter diſtincte ſcilicet intellectus agens ⁊ poſſibilis. ſed intel lectus poſſibilis diciṫ ⁊ nominaṫ diuerſis nominibus a ſu is diuerſis ꝯditiōibus. Unde eadem potentia exiſtens. di citur intellectus vel intellectiua. diciṫ memoria. diciṫ ratio. ⁊ ratio ſuperior diciṫ. ⁊ ratio inferior. dicitur intellectus ſpe culatiuus. ⁊ intellectus practicus. intellectus poſſibilis. in tellectus diſpoſitus. intellectus in actu. intellectꝰ adeptus. Sicut vnus ⁊ idē poteſt dici doctor inq̄tum docet. cantor inquantum cantat. faber inq̄tum cultellum fabricat. ⁊ ſic de alijs. Ex quo patet vlterius diſtinctio omniū potentia rum apprehenſiuarū. que in vniuerſo ſunt vndecim. ſcilicꝫ quinq̄ ſenſitiue exteriores. quattuor interiores. ⁊ due intel lectiue. intellectus ſcilicet agens qui diciṫ apprehenſiuus. nō quidem quia apprehendat. ſed quia apprehenſionem cauſat. ⁊ poſſibilis qui apprehendit.

Diſtinctio potētiaꝝ appetitiuaꝝ vel motiuaꝝ. CXXXVII

m

Odo tertio dicendū ē de appetitiuis Appetit⁹ āt nihil aliud ē q̄ʒ inclinatio q̄ formā ɔſequit. Hec aūt forma eſt triplex. vna naturalis ſicut forma lapidis. ⁊ hanc formā ſeq̇tur appetitus q̇ dr̄ naturalis inclinatio. vt lapis ſi moueat ad locū ꝓpriū: ſ. deorſum. ⁊ iſte appetitus vocat naturalis. q̇ appetitus nō eſt aliqua potētia naturalis appetitiua prout hic de appetitu loquimur Sola em̄ forma ſufficit ad talem motū ⁊ ad talem inclinationē. q̄uis ⁊ in homie ſit talis appetitus ſm elementum predominās quod eſt graue. Alia forma eſt intentionalis ⁊ apprehenſibilis. ⁊ hec eſt duplex quedā ſenſibilis que apprehendit ſenſu. quedā intelligibil que apprehendit ab intellectu. Formā ergo apprehenſam a ſenſu ſequit appetitus quidā qui dr̄ ⁊ vocat appetitus ſenſitiuus. ⁊ appetitus aial'. ⁊ ſenſualitas. Vocat aūt ⁊ noiat iſtis trib⁹ noib⁹ rōe ſingulari ⁊ diuerſa. Vocat em̄ p̄mo appetitus ſenſitiuus. Tum q͛ ſenſitiuā apprehenſionē ſequit Tum q͛ eſt in parte ſenſitiua. Tum q͛ eſt ſemper alicuius rei ſenſibilis. Vocat aūt ſc̄do appetitus aīalis p̄mo ab aīa q͛ primā apprehenſionē aīe ſequit que eſt ſenſitiua. oīs ei cognitio intellectiua fit ex preexiſtenti ſenſitiua. primo Poſterioꝝ. Sc̄do ab aiali q͛ ɔuenit oīm animali. ⁊ homini nō inquātum eſt homo ſed inquātum eſt animal. ⁊ ideo homines ſm illū viuentes dicunt animaliter ⁊ beſtialiter ⁊ brutaliter viuere vt patet. i. ethicoꝝ. Vocat aūt tertio ſenſualitas q͛ ſenſualitas videtur ſumpta a ſenſibili motu ſicut a viſiōe ſumit nomē viſus. ⁊ ab actu ſumit nomē potentie. Motus autem eſt actus appetitus ſenſitiui apprehenſionem conſequens. Actus em̄ apprehenſiue virtutis non ita proprie dicitur motus ſicut actio appetitus. Nam operatio potentie apprehenſiue terminatur in hoc ⁊ perficitur q͛ res apprehenſe ſunt in apprehendente. Operatio autē appetitiue in hoc q͛ appetitus inclinat in rem appetibilem. ⁊ ideo operatio apprehenſiue aſſimilat quieti. Appetitiue autem

compatur motui: vnde ꝑ ſenſualem motum intelligit̄ ope-
ratō potētie appetitiue: ⁊ ꝑ ſenſualitatē intell'r ipa potentia
appetitiua. que eſt appetitus ſenſitiuus. Formam autē ap-
prehēſam ab intellectu ſequit̄ appetitus: qui dr̄ appetit⁹ in-
tellectiuus. vel rōnalis. vel volūtas. Dr̄ aūt intellectiuus
nō quia intelligat ſed quia ſequit̄ intellectuꝫ vt illud appe-
tat quod intellectus ꝯgnoſcit. Non em̄ diligimus niſi cog-
nita ſm Auguſtinū. ⁊ quia eſt in parte intellectiua. Dicit̄
aūt rōnalis quia indiuiduū rōnis ſeq̄tur. vt illud qđ iudi-
cat rō eligēdum vel recuſandū: illud eligat vel recuſet. volū
tas. Dr̄ aūt voluntas ꝑ ꝯparatōem ad appetitū ſenſitiuuꝫ.
Nobiliora em̄ entia ⁊ ſi eis cōueniūt nomia ignobiliū: tam
ſpālia nomia rōne ſue nobilitatꝫ ſortiunt̄. Et ideo ꝗuis vo
luntas dicat̄ appetitus ⁊ ꝯueniat in hoc nomie cum appe-
titu ſenſitiuo. tn̄ ſpeciale nomē ſibi retinuit vt appetitus in-
tellectiuus dicat̄ nō ſolum appetit⁹ ſed volūtas. Licꝫ autē
ſenſitiuus dicat̄ appetitus. tn̄ nō ꝓprie volūtas. Appetit⁹ au
tem ſenſitiuus diuidit̄ in duas potentias: quaꝝ vna voca
tur ꝯcupiſcibil': alia vocat̄ iraſcibil'. Quarum diſtictio ab
aliq̄bus ponit̄. Quia ꝯcupiſcibilis ordinat̄ ad ꝓſecutiōem
boni: ⁊ ꝑ iſtam ouis vadit ad paſtorem ⁊ ad herbam tan-
ꝗ̄ ad bonū ſuum eſtimatū ⁊ apprehēſum: ⁊ eſtimatum eſti
matiua naturali ⁊ quodā inſtinctu naturali q̄ eſt ī eſtima-
tiua. Iraſcibil' aūt ordinat̄ ad fugā mali: ⁊ ꝑ iſtā potētiam
ouis natural'r fugit lupum tanꝗ̄ malū ſuū apprehenſum ⁊
eſtimatū inſtictu eſtimatiue naturalis. Sed meli⁹ al'r aſſi
gnant̄. Ad eādem em̄ potētiā ꝑtinet ⁊ ꝓſeq̄ cōueniētia ſm
ſenſum ⁊ refugere nociua: ⁊ hoc ꝑtinet ad ꝯcupiſcibilem: cu
ius obiectum eſt delectabile ſm ſenſum. Ad animal auteꝫ
non ſolum ꝑtinet potētia per quam ſequatur conuenientia
et refugiat nociua: ſed etiā potentia ꝑ quam reſiſtat impug
nantibus: que cōueniētia in aīmali amouēt et nocumenta
inferunt: ⁊ hoc facit iraſcibilis: cuius obiectum eſt arduuꝫ

quia ſimilr tendit ad hoc vt ſuperet contraria ⁊ nociua. Et in hoc appetitu ſenſitiuo in quo paſſiones dominant ponū tur virtutes morales: que ſunt regulatiue ⁊ domatiue paſ/ ſionum tanq̄ in ſubiecto in homine: quedam in concupiſci bili: quedam in iraſcibili. de quibus paſſionibus in tercia ſpecie qualitatis ſubiunget. ⁊ hec de appetitu ſenſitiuo ſuf/ ficiant. Appetitus autem intellectiuus qui dicitur volūtas non diſtinguitur in plures potentias: quia quod facit vir/ tus inferior per plura: facit ſuperior per pauciora. Habet autē diſtinctiōis nomen a diuerſis ſuis actib⁹ ſicut intelle ctus. Voluntas enim que ſequitur ſimplicem apprehenſi/ onem intellectus ⁊ mouetur motu naturali ſicut alie poten/ tie. dicitur voluntas naturalis. Ut autem eſt libera ⁊ ſeq̄/ tur deliberatōem intellectus: dicitur voluntas deliberatiua nō tamē ſunt diuerſe volūtates diſtincte realiter. ſed vna a diuerſis ſuis actib⁹ nomīata. Ex quo patet q̄ potētie appeti tiue in homīe ſunt tres. Due in parte ſenſitiua ⁊ vna in p/ te intellectiua

## De potētia motiua motus executiua Ca. CXXXVIII

q Uarto et vltimo dicendum eſt de potētia motiua: que ꝯſueuit diſtingui ab aliq̄/ bus in imperantem motum ⁊ in exequentem. Sed impans motuꝫ nō eſt alia potētia niſi ap petitiua de qua dictum eſt. Et ideo motiua potentia dicit executiua motus imperati. Scd̄m autem aliquos non eſt potentia aīme: ſed eſt quedam vis interior admixta muſcu lis lacertis ⁊ neruis membrorum. Secundum aliq̄s ve/ ro eſt ſpecialis potentia: quia cum in omib⁹ aīmalibus ſit ſenſus ⁊ appetitus: non tamen motus localis. Et ideo ad exequēdum motum preter potētiam imperātem motū: op/

tet ponere efficiētem vel exequētem motū. ꝛ hec eſt virt⁹ infuſa neruis ꝛ muſculis ↄtrahēs ꝛ r̄laxās cordas ꝛ ligamēta ↄiūcta membris: ꝛ hāc ſic ponit. vi. de naturalibus Auicenna

Tres concluſiones ex p̄cedentibꝫ: ꝛ p̄mo q̄ omēs potentie aīme ſunt. xxvi. Capl'. CXXXIX.

b Ic igitur concludo tria. Primuꝫ eſt q̄ ex p̄te vegetatiue habemus. x. potentias: ex p̄te apprehēſiuaꝝ habemuſ xi. ex p̄te motiuarum motum imperantium habemus tres. Si ex p̄te executiue motus non ſunt alique erūt omēs potentie aīme. xxiiij. Si autem executiuam potētiam ponamus vnam erunt. xxv. Et ſi fantaſia ſit diſtincta ab imaginatiua qd̄ nō credo erūt. xxvi. Et in iſtis cōſiſtit ꝛ ↄcluditur tota regio ꝛ totum regnū potentiaꝝ aīme rōnalis.

Qd̄ tripl'r differūt potentie intellectiue ꝛ ſenſitiue

a Ecūda ↄcluſio eſt q̄ triplex eſt dr̄a potētiaꝝ intellectiuaꝝ. ſ. intellectus agētis. ꝛ poſſibilis. ꝛ volūtatis ad omēs alias: nam omēs alie ſunt affixe organo corpali: ꝛ eo mediante exercēt ſuam opatōem: ſicut potentia viſiua mediante oculo: ꝛ ſic de alijs. Sed potētie intellectiue nō ſunt cōiuncte aliter organo corporali: ſed ſunt ſepate eleuate et immixte. vt patet. iij. de anima. Ex quo vlterius ſequit̄ ſecunda dr̄a q̄ potentie intellectiue ↄparant̄ dupl'r ad aiam. ſcꝫ vt ad ſuam radicē ſiue p̄ncipiū. ſcd̄o vt ad ſuū ſubiectū. Sūt eñ in eſſe ipi⁹ aie ſic̄ i ſubiecto: ſꝫ oēs alie corpi affixe ↄparant̄ ad aiam ſic̄ ad ſuā radicē ꝛ ſuū p̄ncipiū: ſꝫ ad cōiūctū ſic̄ ad ſubiectū. vñ ſunt in ↄiūcto ꝛ in ↄpoſito ſicut in ſubiecto. Ex q̄bꝫ ſeq̄tur tc̄ia dr̄a: qꝛ cū d̄ſtructo ſubiecto deſtruit̄ accidēs q̄ꝫtum ad ſe ꝛ ſuam opatōem: deſtructo compoſito vel ↄiūcto. neceſſe eſt deſtrui potentias ſenſitiuas: et

affixas organis ſubaliter ⁊ earū actus. Sed qꝛ aīma manꝫ ſepata: manēt in ea ſicut in radice ⁊ in ſubiecto ſicut effectꝰ in cauſa. Sed quia intellectiue ſunt in aīma ſicut in ſubiecto: deſtructo cōiūcto ⁊ compoſito non deſtruunť ſed manēt in aīma ſeparata. Et ideo in aīma ſeparata nulla potentia affixa organo ſiue ſenſitiua ſiue alia manet realr: nec in ſe nec in ſua opatōe: ſed ſolum virtualr in radice: potentie autem intellectiue remanent ⁊ ſubſtātialiter in ſe ⁊ realiter in ſua operatōne

Quid importeť nomīe ſinderiſis: noīe ꝯſcie: ⁊ nomīe liberi arbitrij: ⁊ quid eſt vnumquodqꝫ

t Ercia cōcluſio eſt. quia cum omēs potētie aīme ſunt enumerate. q̄cunqꝫ alia; dñr de his que ptinent ad ꝑtem intellectiuam vel nō ſunt potētie. vel ſi ad potētiam ꝑtinent ex aliqua cōditōe alicubi nominanť: nō tñ p̄ter poſitas potētias eſt alias aſſignare. Et ideo q̄ꝑuis iſta tria ſinderiſis, ꝯſciētia. liberū arbitrium ponanť in pte intellectiua nō tamē diuerſe potētie ſunt a nomiatis. Sed ſinderiſ eſt habitus ꝯſequētialis intellectus practici reſpectu primoꝝ principioꝝ ſpeculabiliū. Eius aūt eſt inſtigare ad bonum et murmurare de malo reſpectu opabilium. Cōſciētia aūt actum nomiat ⁊ non potētiam nec habitum. Et quia conſciētia dr̄ quaſi cum alio ſcia: ideo illius potētie eſt actꝰ cuius eſt ſcia. hec aūt eſt intellectus. Liberū aūt arbitrium q̄ꝑuis ſint diuerſe opiniones q̄d ſit ⁊ nomiet: teneo tamen ī cōmuni doctrina q̄ noīat vel ſignificat potētias vel potentiā. Si duas potētias nomiat ſicut videť dicere Damaſ. q̄ liberū arbitrium eſt facultas intellectus ⁊ volūtatis. Sic liberū arbitriū eſt intellectus ⁊ volūtas. Sed intellectus q̄a ibi libertas inchoať: volūtas aūt quia ibi terminať. Si autem ſignificet ſolum potētiā vnā q̄a libertas arbitrij videť eſſe in eligendo ꝯueniētia fini: ſic cum hoc ptineat ad ſolaꝫ volūtatem ſuppoſito iudicio intellectus: liberū arbitriū dic

m Odo videndũ eſt de voluntate ſi gni ⁊ beneplaciti. Ubi p̄mo videndũ eſt ꝙ ali qua de deo dicuntur dupliciter. Uno mõ pro/ prie. ⁊ illa vere in deo ſunt. ſicut ſapientia. boni tas. iuſticia. ſbã. perſona. ꝓprie de deo dicunt̄: ⁊ vere ac rea/ liter in eo ſt̄. Alio mõ dicunt̄ aliqua de deo methaphorice. ⁊ per ſil'itudinẽ cuiuſdã ꝓporcionabilitat̄ in ↄparatiõe ad ſuos effectus quoꝝ eſt cauſa. Et hoc mõ methaphorice dr̄ ignis. Deutro. x. ex illa ꝓporciõis ſimilitudine. Quia ſicut ignis ſe habet ad ſui ↄtrarij conſumptionẽ. ita deus ad cõ/ ſumendam nequiciam. Unde ip̄m eſſe ignem eſt ip̄m eſſe deſtruentẽ nequiciã Et iſto modo etiã punitio ſua qua pec catores punit dicit̄ ira eius ꝺ qua ps̄. Aſcendit fumus in ira eius: ⁊ ignis a facie eius exarſit. Et qꝛ effectus eſt ſignũ cauſe. Ideo illi effectus ſc̄m quos attenditur ſimilitudo vl' ire vel alicuius alterius. dicunt̄ eſſe ſigna. vnde punitio di/ cit̄ ſignũ ire eius. ⁊ ſic de alijs

Diſtinctio volũtatis ſigni ⁊ bñplaciti in deo. CXLII

b Oc ſuppoſito poteſt patere diſtin ctio volũtatis diuine in voluntatẽ ſigni ⁊ bñ/ placiti. Quia volũtas beneplaciti dicit̄ actus eius volẽdi q̊ ſibi aliq̄d placet. ⁊ iſta voluntas ꝓprie de deo dicitur ⁊ vere in eo eſt. voluntas autem ſigni dicitur aliquod ſignũ extra deum exiſtens. qđ pretẽdit deũ velle aliquid vel pretendit aliquid in deo ſc̄m ꝙ ſe habet ad modum volentis: ſicut punitio qua deus punit aliquem oſtendit ip̄m ſe habere ad modum irati. Sed deus non di citur ita proprie iraſci. ſed dicitur velle illa quorũ ſunt illa ſigna. Et ſic patet ꝙ talis voluntas methaphorice de deo dicitur. ⁊ in deo proprie non eſt: ſed eſt proprie extra. et ni/ hil aliud eſt q̄ꝫ iſta ſigna: que oſtendunt deum ſe habere ad modum volentis iraſci. Signũ eñ aliquando nomiamus ſicut rem ſignatã. vt imaginem herculis vocamus hercu/

lem. Qꝫ autem ſignum nominemus ſicut rem ſignatam contingit dupliciter. Uno modo ratione ſimilitudinis. vt in exemplo poſito de imagine herculis. Alio modo ratione proportionis: quaſi arguendo. vt ſicut ſignum ⁊ ſignatum ſe habent in vno: ita etiam ſe habeant ⁊ in alio. Et ſic eſt in propoſito de quo loquimur. Ex eo enim ꝙ in nobis ex aliquo ſigno arguitur eſſe voluntas: proporcionabiliter arguimus ex aliquibus ſignis eſſe in deo voluntatem: ſicut et in nobis. Et illam vocamus volūtatem ſigni. In nobis autē quando aliquis precipit vel conſulit aliquid fieri: videtur precipiens ⁊ conſulens illud velle ſimpliciter fieri. Iterum quando prohibet videtur illud nolle fieri. Quando autem aliquid facit: videtur illud fieri velle. Qui etiam permittit aliquid fieri: cum illud poſſit impedire: videtur illud velle fieri. Quia igitur ita eſt in nobis. ex hac ſimilitudine ſm quandam proporcionem: ſic dicimus eſſe in deo: ⁊ ponimus in eo eſſe voluntatem ſigni pertinentem ad preceptū: ⁊ conſilium quantum ad duo prima. prohibitionem quātum ad tertiū. operationē quantū ad quartū. permiſſioneꝫ q̄tū ad quintū. Et hoꝝ quodlibet voluntas ſigni in deo vocatur. Et eſt quintuplex.

Quot ſunt ſigna: ⁊ quot modis dicitur voluntas ſigni quia quinqꝫ modis. Capitulum. CXLIII

t Ertio ponenda eſt ſufficientia iſtorum ſignorm ſiue voluntatum ſigni. Que tripliciter poteſt ſumi. Primo ex parte volitorum ſic. Quia illud ſignum. aut eſt reſpectu boni aut mali. Si reſpectu mali. aut negatiue. ⁊ ſic eſt prohibitio aut affirmatiue. ⁊ ſic eſt permiſſio. Si reſpectu boni. aut preſentis. ⁊ ſic eſt operatio. aut futuri. ⁊ ſic eſt preceptum. ⁊ conſilium. Sed preceptum reſpectu boni neceſſarij ad ſalutem Conſilium reſpectu boni ſupererogationis: quod non facit ad neceſſitatem: ſed ad congruitatem ⁊ vtilitatem. Secun

do ſumitur ex parte voluntatis. ⁊ ſic quia eſt ſignum diui/ne voluntatꝫ: aut ſignificat illud quod deus vult facere per ſeipm̄. aut per alium. Si per ſeipm̄ aut directe: tanq̄ ipſe agēs. ⁊ ſic eſt operatio: aut indirecte ⁊ interpretatiue. et ſic eſt permiſſio. Et dicitur permiſſio ſignum voluntatis inq̄tum ille qui permittit aliquid fieri cum poſſit impedire vi/detur interpretatiue illud velle Si vero ſit ſignum eius q̄d vult facere per aliū. hoc eſt vel reſpectu boni faciendi. ⁊ hoc eſt vel neceſſarij ad ſalutē. ⁊ ſic eſt preceptum. Vel ſupere/rogationis. ⁊ ſic eſt conſilium.. Vel eſt reſpectu mali vitan/di. ⁊ ſic eſt prohibitio. Tertio ſumitur ex parte diuine volū/tatis. ⁊ ſic vt prius dictum eſt. duplex eſt voluntas in deo. antecedens ⁊ conſequens. Quedam ergo ſunt ſigna volū/tatis antecedentis: ⁊ quedam conſequentis. Signa ergo voluntatis antecedentis. Vel ſunt reſpectu boni faciendi. ⁊ hoc eſt vel reſpectu boni neceſſarij ad ſalutem. ⁊ ſic eſt pre/ceptum. vel boni vtilis ⁊ ſupererogationis. ⁊ ſic eſt conſiliū Vel ſunt reſpectu mali nō faciendi. ⁊ ſic eſt prohibitio. Si/gnum autē voluntatis conſequentis eſt. aut reſpectu boni q̄d fit. ⁊ ſic eſt operatio. Vel reſpectu mali. ⁊ ſic ē ꝑmiſſio.

Differentia inter bonū ⁊ malū. qꝛ aliq̄d bonū eſt quod licite poteſt dimitti vt nō fiat. ſed nullū maluꝫ licite poteſt ꝯmitti vt fiat. Capl'm. CXLIIII

n

Unc quarto videndum eſt. cum ex parte ſignorum reſpectu boni ponant᷑ duo ſigna. ſcilicet preceptum ⁊ conſilium. quare re/ſpectu mali ſimiliter non ſunt duo ſigna. cum non poſui niſi vnum. ſcilicet prohibitionem. Et dicenduꝫ eſt ꝙ hec eſt cauſa. qꝛ in bonis eſt hec differētia. Quia que/dam ſunt que licite nō poſſunt dimitti. ſicut precepta q̄ ob/ligant ad ſui impletionē. Alia ſunt q̄ licite poſſunt dimitti: cum nō obligēt. qꝛ nō ſunt neceſſaria: licet ſint vtilia adim/

plenti. ⁊ talia ſunt bona q̄ cadūt ſolū ſub ꝯſilio. Et iō aliter debuerūt hoīes induci ad bona q̄ licite dimitti nō poſſunt q̄ꝛ p ꝯpulſionē ⁊ p̄ceptū. Et aliter ad iſta bona q̄ poſſunt licite dimitti. q̄ꝛ p pſuaſionē ⁊ cōſiliū. Et hec ē cauſa q̄re ſt duo ſigna ex parte boni. Nullū aūt malū ē qđ licite poſſit fieri. Et iō oē malū cadit ſub phibitiōe. licet aliq̄ mala ſint magis prohibita q̄ȝ alia ⁊ ſub maiori pena. Et ideo ex parte mali ſignū ponit̄ vnicū. ſcȝ phibitio. Ex quo pȝ ꝙ voluntas beneplaciti in deo eſt ſemper vnica ⁊ ſimplex. ſȝ voluntas ſigni eſt quintuplex. ſȝ iſta q̄nq̄ȝ ſigna predicta in hoc verſu continētur. Precipit ⁊ prohibet permittit ꝯſulit implet. Huius ſententia patet ex dictis.

Q' voluntas tam in deo q̄ȝ in aliJs ſignificat aliq̄n potentiā. aliq̄n obiectū. aliq̄n actū. Caplm. CXLV

q Uinto ſciendū ꝙ nomine volūtatis multipliciter vtimur tā in diuinis q̄ȝ in humanis. Aliq̄n eñ in diuinis ſignificat ip̄am potentiā volitiuā. qua vult deus quicq̄d vult. que in deo non differt realiter ab eſſentia. ⁊ ſic accipitur voluntas. cū dicunt doctores. Q' in deo eſt voluntas ⁊ intentio ⁊ ꝙ eſt agens per intellectū ⁊ voluntatē. Aliquando autē ſignificat actū voluntatis ⁊ nō potentiam. ⁊ ſic accipitur in pſ̄. In volūtate tua deduxiſti me. i. ſicut voluiſti. Aliq̄n ſignificat rē volitā. ⁊ ſic accipit̄ i pſ̄. In capite libri ſcriptū ē de me vt facerē volūtatē tuā dš. i. rē a te volitā. Qđ autē dictū eſt de voluntate in diuinis. etiam dicendum eſt in humanis. quia nomine voluntatis aliquando nominamus potentiā. vt cū dicimus ꝙ intellectus ⁊ voluntas ſunt due potentie aīe realiter diſtincte. Aliq̄n noīamus actum volūtatis. vt cum dr̄. Rex habet bonā voluntatē ad regnum. id eſt diligit regnum. Diligere aūt actus voluntatis eſt. Aliquando etiā nominamus rem volitā nomine voluntatis, vt cum dicit̄. Uoluntas regis eſt vt latro ſuſpendatur. ibi

eíũ nõ accipitur pro potentia voluntatis nec etiã pro actu voluntatis eius. quia ſuſpenſio latronis nõ eſt potẽtia vo/litiua regis nec actus elicitus a potentia: ſed ſumitur pro re volita. quia ſuſpenſio latronis eſt res volita a rege. Sic ergo patet ꝙ voluntas multipliciter dicitur. tam in diuinis ꝗ̃ in humanis. quia aliquãdo ſumit̃ pro potentia. aliquã/do pro actu. aliqñ pro obiecto. In diuinis autem realiter eſt vna voluntas: ſed ſm diuerſas conſideratiões ex parte ob/iectorũ ſumitur ibi diuerſitas voluntatum. Quod optime oſtendit pš. dicens. Magna opera domini: exquiſita i om/nes voluntates eius. Voluntates dñi ponẽs om̃es diuer/ſas eſſe reſpectu operꝫ. In hoĩe aũt ꝓprie vtendo noĩe volũ/tatis: eſt etiã vnica. ſcꝫ intellectiua. Aliqñ aũt large per ex/tenſionẽ nomis appetitũ ſenſitiuũ vocamus voluntatẽ Et ſm hoc laga acceptõe in hoĩe eſſet duplex voluntas: ſicut rea/liter eſt duplex appetitus realiter diſtinctuſ. ſ ſenſitiuus ⁊ i/tellectiuus. De iſtis aũt voluntatibꝰ in deo. agit̃ pmo ſen/tentiaꝝ. di. xxxvi. ⁊ di. xxxviij.

De nominibꝰ rerũ pertinentiũ ad tertiã ſpeciẽ qualita/tis. ⁊ primo quibus ꝯuenit ⁊ de quibꝰ dicatur paſſio ⁊ paſ/ſibilis qualitas. Capl'm. CXLVI

n Unc dicendum eſt de tertia ſpecie qualitatis. Circa quã ꝯſideranda ſunt duo in genere. Primũ eſt de paſſiõe ⁊ paſſibili quali/tate. naturã ⁊ generalia vtriuſꝗ. Scõm eſt de paſſionibus anime in ſpeciali.

Quid iportet̃ noĩe natural' potẽtie. ⁊ quõ ſe hñt ad inuicẽ.

q Uantũ ad pri^m videnda ſt̃ duꝗ. Primo quõ noiat̃ ⁊ quibꝰ ꝯueniat hec tertia ſpecies qualitatis. Nomiat̃ aũt paſſio ⁊ paſſibilis qualitas. vt patet in libro predica/mentoꝝ. Conuenit aũt hoc nomẽ tam illis qualitatibꝰ que paſſionẽ ſunt inferẽtes. ſicut calor ⁊ frigus inferũt quandã paſſionem ſenſui tactus: ⁊ dulcedo ⁊ amaritudo ſenſui gu/

ſtus ſiue ſint illate ⁊ inate ab aliq̃b; alijs:ſic albedo ⁊ nigredo. q̃ innaſcunt a ꝓpria ꝯplexiõe ⁊ ṗncipijs ſubiecti.

Quõ d̃nt hec duo paſſio ⁊ paſſibil' q̃litas. CXLVII

ſ Ecundo videndũ eſt quõ differũt paſſio ⁊ paſſibilis qualitas. Et ſciendũ ꝙ q̃n huiuſmodi accidentia cauſant a cauſa ⁊ principio cito tranſeunte ⁊ faciliter mobili:tunc dicunt paſſiões:ſiue ſint a cauſa intrinſeca ſiue extrinſeca. vt iſte qui efficit rubicundus a verecundia vel a calore. ⁊ iſte qui efficit pallidus ab aliqua egritudine leui vel a timore. Quando aũt cauſant a principio permanente ⁊ diuturno vel firmato ⁊ nõ faciliter mobili dicunt paſſibiles qualitates. vt q̃ factus eſt pallidus vel rubicundus a principio naturali. ſicut a ꝯplexione. vel ab aliqua alia cauſa extrinſeca permanẽte. vt pallidus factus a longa egritudine. Et idẽ eſt de paſſionib; vel qualitatib; aie. Si eñ aliquis ex cauſa firma iraſcat. ſicut ſi ex propria ꝯplexiõe hoc habeat. talis ira paſſibilis qualitas dicit ⁊ vocatur iracundus. Idẽ eſſet a cauſa extrinſeca. vt ſi ex longa infirmitate hoc accidit. Si aũt ex leui cauſa iraſcat. talis ira d̃ paſſio:⁊ ipſe iratus d̃ ⁊ nõ iracundus.

Quot ſunt modi paſſionũ ⁊ paſſibiliũ qualitatũ.

Ertio videndũ ẽ quot ſt' modi paſſionũ ⁊ paſſibiliũ q̃litatũ. Et dicendũ. ꝙ duo. Quia quedã ſunt paſſiões ⁊ paſſibiles qualitates corporis ⁊ corporales. ſic patet in exemplis poſitꝭ vt albedo ⁊ huiuſmodi. Quedã aũt ſunt aie nõ abſolute ⁊ ꝯm oẽm potentiã. ſ; ſolũ ꝯm appetitũ ſenſitiuum ꝓprie. vt ira ⁊ huiuſmodi.

Quot modis d̃ paſſio ⁊ quid ſit paſſio naturalis ⁊ aialis:⁊ quotiẽs vnaqueq; dicat. Capl'm. CXLVIII

q Uarto videndum eſt quot modis dicit paſſio vel pati. Ubi ſciendũ. ꝙ paſſionu; alia naturalis alia aialis. Paſſio autẽ natura/

lis ſeu corporalis dicitur tripliciter. Uno modo. quecunqꝫ
alteratio per quã aliquid in ſubiecto recipitur qualecunqꝫ
ſit illud. ⁊ hec eſt acceptio valde larga. ⁊ ſic dicitur luna pa
ti cum recipit a ſole lumẽ. Scdo mõ dr̃ paſſio alteratio per
quã a ſubiecto aliqͩ ſubijcit̃. ⁊ aliqͩ recipit̃ qualecunqꝫ ſit
illud. ⁊ hec eſt magis ſtricta ⁊ ꝓpria acceptio q̃ꝫ prima. Et
hoc mõ dr̃ pati qͥſic alterat̃ ꝙ egritudo abijcit̃: ⁊ ſanitas in
troducit̃. Tertio modo dr̃ paſſio alteratio. ꝑ quã abijcit̃ for
ma ꝯueniens: ⁊ introducitur forma incõueniens. ⁊ hec eſt
ꝓprijſſima acceptio paſſionis. Et ſic non dicitur pati a quo
abijcitur egritudo ⁊ introducit̃ ſanitas. ſed ſolũ iſte a quo
abijcitur ſanitas ⁊ introducit̃ egritudo: qꝛ ſanitas ẽ forma
ꝯueniens: ⁊ egritudo diſconueniẽs. Alia eſt paſſio aĩalis
⁊ hec nihil aliud eſt q̃ꝫ motus aĩe ſm̃ appetitũ ꝯſurgens ex
apprehenſiõe corporalis ⁊ naturalis paſſionis. Et ſic inter
paſſiões corporales ⁊ naturales illa alteratio magis ꝓprie
dr̃ paſſio ſm̃ quã forma diſcõueniens introducit̃: ⁊ conue/
niens abijcitur. Ita q̃ꝫuis tribus modis poſſit dici paſſio
ex parte aĩalis paſſionis: ſicut ex parte naturalis ⁊ corpora
lis. tamẽ inter paſſiões aĩe: illa dr̃ magis ꝓprie paſſio que ẽ
motus appetitus ſenſitiui. conſequens apprehenſionẽ natu
ralis paſſiõis diſcõueniẽtis. q̃ꝫ ſequẽs apprehenſionẽ natu
ralis paſſiõis ꝯuenientis. Et ideo magis ꝓprie dr̃ pati qui
triſtat̃ vel dolet: q̃ꝫ qͥ delectat̃ vel gaudet. Et iſto mõ ponũt̃
paſſiones in appetitu ſenſitiuo. Ex larga aũt acceptiõe paſ
ſionis. tam paſſioni naturali q̃ꝫ aĩali: ſm̃ ꝙ ſola acceptio
alicuius dicit̃ paſſio. tranſlatũ eſt nomen paſſionis ad po/
tentias alias aĩe apprehenſiuas. vnde ſic videre quoddã
pati eſt intelligere ⁊ velle. vt pt .iij. de aĩa. Ex hoc etiã ꝯce/
ptus aĩe paſſiones dicunt̃. vt patet primo perier. Qꝛ vo/
ces ſunt ſigna paſſionũ q̄ ſunt in aĩa: ⁊ etiã ꝓprietates ſubſtã
tiales ꝓprie paſſiones dicunt̃. vt eſſe riſibile eſt paſſio homi/
nis. Et hec nõ proprie pertinent ad tertiã ſpeciẽ qualitatis
Quantũ autem ad paſſiones ſeu naturales ſeu corporales

ꝛ animales ſciendū. ꝙ paſſio Uno mō dicit effectū illatio/
nemq́ʒ actionis. ꝛ ſic eſt ſpeciale pꝛedicamentū: quod dꝛ p̄/
dicamentū paſſiōis. Alio modo idem eſt ꝙ quedā diſpoſi/
tio cauſata ab aliquo accidente vel ab aliqua cauſa facili/
ter tranſeunte ꝛ faciliter mobili. ꝛ ſic eſt qualitas impꝫfecta
ꝛ ſic pertinet ad hanc tertiā ſpeciē qualitatis.

Quomō qualitates elemētares ſunt diuerſimode in di/
uerſis ſpeciebꝫ qualitatis. Caplm. CXLIX

Quantū aūt ad qualitates elementares actiuas ꝛ paſſiuas quō ꝑtineāt ad hanc ſpeciem. Sciendum eſt ſm cōmuniorē opinionem. ꝙ iſte qualitates poſſunt ꝯſiderari tripliciter. Uno modo ſm ꝙ ordinanꝰ ad actionē vel ad ſe inuicem vel ad potentias ſenſitiuas imutandas. ꝛ hoc abſolute ꝛ ſic dicunꝰ eſſe ab aliquibꝫ in tertia ſpecie qualitatis Secundo prout ordinanꝰ ad agendū ꝛ paciendū non abſolute: ſed bene vel male. Et ſic ſunt in pꝛima ſpecie. Tertio ꝑut cauſanꝰ a pꝛincipijs ſubſtantialibus elementorū. Et ſic ſunt in ſcđa ſpecie qualitatis. Nec hoc eſt incōueniēs vnā ꝛ eandē rem diuerſimode ꝯſideratā ad diuerſa genera ꝛ ad diuerſas ſpecies eiuſdē generis pertinere. ſic ſubſequenter patebit. Qualitates aūt elemētares ſunt. caliditas. humiditas. ſiccitas ꝛ frigiditas.

De paſſionibꝫ aīe. ꝛ pꝛimo vnde ſumiꝰ diſtinctio earū ꝛ
quid tale agens facit paſſo Caplm. CL

Quia vero ſepiſſime apud theologos ꝛ phōs de paſſionibꝫ aīe q̄ aīales dicunꝰ ꝛ ſūt in appetitu ſenſitiuo. ſermo ñ modicū grauis occurrit. Idcirco h̄ numeꝝ diſtinctionē ꝛ ſufficientiā ipoꝝ pono. Deinde q̄rundā noim q̄ accñtalē in eis faciunt differentiam ſecūdo ponenda ꝛ inſerenda iudicaui Pꝛimo aūt oīm pono ratiōnē ſiue fundamentū vñ pōt eaꝝ ſumi diſtinctio. Ubi intelligendum ꝙ paſſiones de quibus

hic loq̄mur differūt ſm ea que ſunt obiecta ⁊ cauſatiua talium paſſionum ip̄i⁹ aīme Hoꝝ aūt obiectoꝝ q̄ cauſant tales paſſiones:dīa dupl'r ſumi poteſt. Uno modo ſm naturam et ſubam ip̄oꝝ actiuoꝝ.ſic ignis differt ſubaliter ab aqua: quoꝝ quodlibet eſt actiuum. Alio modo ſm diuerſam virtutem actiuam.ſicut alia virtute agit ignis.alia aqua. Diuerſitas autem actiui vel motiui q̄tum ad virtutem mouendi accipi pōt in paſſionibꝫ aīme ſm ſilitudinem agētiū naturalium. Om̄e aūt agens vel mouēs aliqd̄ hoꝝ duoꝝ facit:q̄a trahit quodāmō ad ſe paſſum vel repellit a ſe. Si trahit ad ſe facit tria. Nā agens p̄mo dat inclinatōem vel aptitudinem paſſo vt tēdat in ip̄m.ſicut corpus leue quod eſt ſurſum dat leuitatē alicui corpi gn̄ato inferius in quod agit:per quā habet inclinatōem ⁊ aptitudinē vt tēdat ſurſum. Scd̄o dat ei nō ſolū aptitudinē ⁊ inclinatōem:imo etiam actū.vt ſi corpus eſt extra locū inferi⁹:dat ei motū ſurſum.vt moueat̄ ſurſum vl' ſupi⁹. Tercio dat ei q̄eſcere ⁊ ſtare in loco cum puenerit:ex eadē em̄ cauſa moueť ad locū aliquid ⁊ q̄eſcit:lꝫ moueat̄ ꝓpter rem nō habitam Qd̄ autem dictum eſt de agēte naturali dum paſſum ad ſe trahit:intelligendum eſt eodē modo ꝑ om̄ia dum paſſum a ſe repellit. His ſuppoſitis ex his patebit diſtinctio paſſionū vtriuſq; ꝯcupiſcibilis p̄mo:deinde iraſcibil' ſcd̄o:⁊ tercio ꝯcludet̄ diſtinctō paſſionū vtriuſq;. Appetitus em̄ ſenſitiuus in q̊ ſūt paſſiones de quibꝫ eſt ſermo:diſtinguitur in ꝯcupiſcibilem ⁊ iraſcibilem vt prius dc̄m eſt:cum potentiarum anime diſtinctō poneretur. Quarto oſtēdetur quomodo diuerſificātur nomīa paſſionum ſm differentias accidentales. Quinto dicetur in ſpeciali de quatuor nomibꝫ iſtarum paſſionuꝫ que ſingularem habent difficultatem. Sexto ponetur triplex concluſio:quaꝝ quelibet vtil' eſt ad hāc materiā q̄ ſeq̄tur aliquo modo ad dicta de iſtis paſſionibꝫ

## Diſtinctō paſſionū que ſunt in ꝯcupiſcibili Ca.CLI.

Q Uantũ igitur ad paſſiones concupiſcibiles. Sciẽdum eſt ꝙ bonum ꝛ malũ apphendunt ab eſtimatiua naturali: quã apphẽſionem ſeqꝛtur appetitus q̃ mouet ab eis apprehẽſis. Bonũ aũt apprehẽſum hꝫ ꝟtutẽ q̃ſi attractiuã Malum aũt repulſiuã. Bonum ḡ apphẽſum mouens concupiſcibilem: cauſat in ea q̃ndam inclinatiõem ꝛ aptitudinem ſeu gñalitatem ad bonum. Et ab iſta cauſatõe accipit vna paſſio appetitus: q̃tum ad ↄcupiſcibilẽ que dr̃ amor: cui ꝑ ↄ̃riũ malum apprehẽſum ꝑ repulſionem cauſat paſſiõꝫ aliam oppoſitam in eadẽ ↄcupiſcibili: quam dicimꝰ odiuꝫ. Qm̃ aũt bonum apprehẽſum nõ ſꝑ eſt pñs vel habitũ. Id circo ſi nondum ſit habitũ ſed eſt abſens vel futuꝝ dat eidẽ ↄcupiſcibili quã mouet nõ ſolũ aptitudinẽ ſed motũ ad aſſequẽdum bonũ amatũ: ꝛ ab hoc ſumit in ↄcupiſcibili vna paſſio que vocat deſiderium. Ex quo pꝫ dr̃a beati Auguſtini inter amorẽ ꝛ deſideriũ. qꝛ amor ẽ rei habite. deſiderium rei habẽde. Ex oppoſito autem ex parte mali apprehẽſi eodem mõ ſequit alia paſſio: que dr̃ fuga. Tercio cum ipm̃ bonũ apprehẽſum ꝑ motum fuerit acq̃ſitum dat ipm̃ bonum ipi appetitui q̃etatiõem quãdam in ipo bono adepto et ab hoc ipa paſſio accipitur in concupiſcibili que vocatur gaudium. Cui ex oppoſito ex parte mali apprehẽſi reſpondet triſticia que opponitur gaudio. Et he paſſiões ſumunt ꝛ inueniũtur in concupiſcibili

Diſtinctõ paſſionũ aĩe q̃ ſunt ĩ iraſcibili Ca. CLII

Q Uantum ad ſecundũ ſciendũ ꝙ in paſſionibꝰ iraſcibil'ꝑ̃ſupponit quedam aptitudo vel inclinatõ ad pſequendum bonum vl' fugiendum malũ ex ↄcupiſcibili: q̃ abſolute r̃ſpicit bonũ vel malũ: ſed iraſcibil' reſpicit bonum vel malũ arduum ꝛ difficile: alioq̃n nõ ꝑtineret ad iraſcibileꝫ. Si ergo bonum apprehẽſum arduum mouet iraſcibilem que non

poteſt eſſe niſi nõdum adeptum: q2 ſi tale bonũ iam eẽt adeptum: nõ hẽret rõem ardui ⁊ difficilis. ⁊ ſic nõ ptineret ad iraſcibilem. ergo optet q̃ bonum apprehẽſum mouens iraſcibilem: ſit arduũ nõ adeptum. Si g̃ bonũ tale moueat vt poſſibile eſtimãt haberi: cauſat paſſionẽ q̃ dr̃ ſpes. Si autẽ moueat vt ĩpoſſibile eſtimãt hñi: cauſat paſſionẽ q̃ dr̃ deſpatio. Ex oppoſito aũt in malo apprehẽſo qd̃ eſt arduum cum nõ imminet de pñti ſicut ſunt pericula futura grandia. mouetur iraſcibilis ⁊ cauſat̃ quedã paſſio: ſi nõ eſtimat̃ euaſibile que dr̃ timor. Si autem eſtimat̃ ſupabile ſeu euaſibile cauſat̃ paſſio que dr̃ audacia: reſpectu aũt boni adepti ĩ iraſcibili nõ eſt aliqua paſſio. quia ex quo eſt adeptum perdit ratõem ardui. ⁊ ſic non ptinet ad iraſcibilem vt dictum eſt. Sed malũ iam actu exiſtens poteſt habere rõem ardui ad ſuſtinẽdum ⁊ repellẽdum. Et ideo cauſat in iraſcibili paſſionem que dr̃ ira. Ire aũt q̃ eſt ex malo in actu adiacente ñ reſpõdet aliqua oppoſita paſſio ex bono pp̃ter p̃dicta. quia ſcʒ bonum apprehẽſum imminens non habet ratõem difficil' quia adeptum. Et ideo ſolum cauſat paſſionem in cõcupiſcibili ⁊ non in iraſcibili

Numer⁹ oim̃ paſſionũ aĩe: ⁊ ſunt. xi. Ca. CLIII

t Ercio concludo numerum paſſionum ptis ſenſitiue. q̃a ex p̃dictis pʒ q̃ in concupiſcibili ſunt tres ꝯiugatões paſſionum oppoſitaꝝ reſpectu boni ⁊ mali. ſ. amor ⁊ odium: deſiderium ⁊ fuga. gaudium ⁊ triſticia. Et ſic ſunt ſex in ꝯcupiſcibili. In iraſcibili autem ſunt due coniugatões. ſ. ſpes et deſpatõ: quoꝝ vtrũqʒ eſt reſpectu boni futuri. Timor ⁊ audacia quoꝝ vtrũqʒ reſpectu mali futuri eſt. Unica autẽ paſſio eſt ſine coniugatõne reſpectu mali preſentis: ⁊ dicit̃ ira. Et ſic ſunt ſolum quinqʒ in iraſcibili. Et per conſequens omnes in vniuerſo ſunt vndecim. Et ſic paſſiões ⁊ v̄tutes

morales ſibi in vndenario numero correſpōdēt. Eſt autē notādum q ſicut diuiſio virtutum ſupius poſita: non eſt diuiſio in ſpēs ſpāliſſimas: ſꝫ in ſpēs ſubalternas. Sic diuiſio iſtaꝝ paſſionum non eſt in ſpecies ſpecialiſſimas: ſed in ſpecies ſubalternas: continet enim aliquas ſub ſe, vt magis infra patebit.

Quō diuerſificanť noīa paſſionū ſm dr̄as accidētales: ex q̄b dIuerſa noīa paſſiōib ꝯueniūt Ca.CLIIII.

q Uarto dicendū eſt quō noia paſſionum diuerſificanť ſm dr̄as accidentales: ex q̄bus accidētib diuerſa nomia eis conueniunt. Accidentia autem paſſionum dupl'r pnt accipi. Uel que eis accidūt in ſe. vt q ſit paſſio intenſa vel remiſſa. Uel q̄ eis accidūt ex obiecto: que. ſ. accidunt bono et malo appareti: qꝛ obiectū paſſionū p ſe eſt bonū vl' malum apparēs. Si ergo accipiam dr̄am accidētalē q̄ reſpic̄ ipaꝝ paſſiōem in ſe ſic̄ eſt eē intenſum: ſic accipiť diuerſitas noīꝫ in iſtis paſſionib q̄tum ad paſſiones ꝯcupiſcibiles. q̄a reſpectu deſiderij poniť ꝯcupiſcētia que nihil aliud eſt q̄ deſideriū multū intēſum. Reſpectu aūt timoris poniť zelus: q̄ nihil aliud eſt q̄ amor adeo intēſus. vt nō patiať ꝯſortiuꝫ in amato. Reſpc̄u aūt odij pōiť abomiatō: q̄ nihil aliō ē q̄ odiū intēſum. Reſpc̄u aūt gaudij ponunť tria: quia quādo eſt gaudium adeo intēſum vt in ſigno exteriori quocūq general'r ꝓrūpat: dr̄ exultatō. quaſi extra ſaltatio. Hilaritas autem dr̄ q̄tum ad ſigna que ex intenſo gaudio apparēt in facie. Jocūditas autem q̄tum ad ſigna que oſtendunť in alijs membris ⁊ alijs actib. Et hec tria ſunt reſpc̄u effect extrinſeci. Aliud aūt poteſt accipi reſpectu effectus intrinſeci: q̄ ſequiť ex intēſione gaudij. ⁊ eſt cordis dilatatio: ⁊ reſpectu huius effectus poniť nomē leticie. Uñ leticia quaſi laticia dr̄. id eſt dilatatō. Reſpc̄u autem triſticie que ē multum intēſa: intm̄ vt imobiliter ad opandum. ⁊ actiōem que

retardet ponit̃ accidia. Vñ Damaſ. dicit ꝙ accidia eſt tri/
ſticia aggrauans ⁊ immobilitãs intm̃: vt voceʒ auferat q̇a
ꝓhibet locutõem. Reſpc̃u aũt paſſionis que eſt fuga nõ ſic
habemus nomen impoſitum qð accidentalem dĩam faci/
at niſi ſorte poneremus abomĩatõem reſpectu fuge intenſe:
ſicut reſpectu odij intẽſi. Quãtum autem ad paſſiones ira
ſcibiles reſpectu ſpei ponit̃ ꝑſumptõ: que nihil aliud eſt q̃ꝫ
ſpes multum intenſa. Audacia autem dic̃ intenſionem et
exceſſum ꝯfidentie in aggrediendo terribilia. Furoꝛ autem
dicit intẽſionem ire. Vñ furoꝛ nihil aliud eſt q̃ꝫ ira mlᷓtum
intenſa. Reſpectu nũc timoꝛis ⁊ deſꝑatõnis nõ habem⁹ no
mina impoꝛtãtia accidẽtalem dĩam ex ꝑte intẽſionis actuſ
Reſpectu autem paſſionis q̃ꝫtum ad remiſſionem actus ñ
habemus nomĩa accidentales dĩas impoꝛtantia. Sꝫ ſi ac/
cipiamus accidentalem dĩam ex parte obiecti: cum obiec/
tum ſit paſſionũ vt dc̃m eſt: bonũ ⁊ malũ appareñs. ea q̃ iſta
accidẽtalr̃ reſpiciunt: faciũt etiam accidẽtalem dĩam i paſ
ſionibꝫ reſpectu obiecti. vt patet manifeſte in duabus ſcʒ in
triſticia ⁊ in timoꝛe. Quantum ad triſticiam quidem ip/
ſa eſt mala: quia triſti malum apparet. Qð autem eſt ma/
lum apparens triſti accidit qð poteſt eſſe alteri malum vl̃
bonum: Si ergo triſticia ſit de malo qð nõ ſolũ appareʒ ma
lũ ipĩ triſti: ſʒ etiã eſt malũ alteri: ſic̃ paupꝛtas apparet ma/
lum alicui diuiti ⁊ eſt malũ alteri. ſ. paupꝛi. Sic reſpc̃u tſti/
cie tal̃ ponit̃ hoc nomẽ miſeria. que eſt circa malum appa/
rens alicui ⁊ alteri inexiſtẽs: ex quo appꝛehendenti appareʒ
eſſe malum. Si aũt ſit bonũ alteri: ⁊ per hoc appꝛehẽditur
vt malum ꝓpꝛium: ſic eſt inuidia. que eſt triſticia de ꝓſperi/
tate bonoꝝ alterius: vl̃ nemeſis q̃ eſt triſticia de ꝓſperitate
maloꝝ. vt patet. ij. ethicoꝝ. Quãtum aũt ad timoꝛẽ eſt di/
ſtinctõ. qꝛ de malo difficili qð ſupat facultatẽ timentis acci
dit aliquid duplr̃. Vno modo ex parte ipĩ⁹ mali quod ti/
metur. Alio mõ ex parte ipĩus timentis malum. Ex parte
autem ipĩus mali accidit turpitudo: ⁊ hoc vel in ſe: ⁊ ſic po

nitur iracũdia: que eſt de turpi actu: vel in opiniõe. ⁊ ſic eſt erubeſcẽtia: que ē timor de ꝯuicio ſm Damaſ. Uel verecũdia ꝑtinet ad turpitudinē culpe: erubeſcẽtia aũt ad turpitudinem pene. Ex ꝑte aũt timentis ſumunt̃ dr̃e accidẽtales timoris hoc modo: quia terribile excedit facultatem timentis: Uel in agẽdo vel in agnoſcẽdo. Si in agendo ſic eſt ſegnicies vel ignauia: que eſt timor future operationis ſm Damaſ. Uel in ꝯgnoſcendo. ⁊ hoc eſt triplr̃. ſ. vel ꝓpt ꝯgnoſcibilis altitudinem. ⁊ ſic eſt admiratio que eſt timor ex magna imaginatõe. Uel ꝓpter eius inconſuetudinem: et ſic eſt ſtupor qui eſt timor ex inaſueta imaginatõne. Uel ꝓpter incertitudinem. ⁊ ſic eſt agonia que eſt timor infortunij. ⁊ hoc idem dicitur trepidatõ ⁊ dubitatõ. Et ſic pꝫ differentia iſtorum nominum accidentaliter ſe habentiũ ad nomina paſſionum.

De nomib⁹ ipaꝝ potẽtiaꝝ Caplm̃. CLV.

q Uantũ ad quintũ videlicet de nominib⁹ iſtaꝝ aliquaꝝ paſſionũ: quia talia hñt difficultatem ſpecialem in ſuo ſignificato: aut rõne ſui aut rõne vicinitatis ad alia vocabula Ideo de illis breuiter aliquid dicendum eſt: quia per hoc alique difficultates in alijs faciliter patefient. Sũt autem quatuor. Due ex parte concupiſcibilis. ſ. gaudium ⁊ triſticia. Ex parte iraſcibilis alie due. ſ. timor ⁊ ira. Primo ergo dicendum eſt de pertinentib⁹ ad concupiſcibilem. ⁊ primo de triſticia. Quia vero triſticia ambiguitatem facit: ⁊ ratione ſui ⁊ ratõne vicinitatis ad alia. Quia triſticia quidã dolor eſſe videtur: primo videndum eſt quid ꝺ ſe importat triſticia Secundo quid importat dolor. Tercio quomodo ſe habent ad inuicem

Quid ſit triſticia ⁊ qd' importetur nomĩe triſticie Capitulum CLVI.

q Uantū ad primū videlꝫ quid importat triſticia. Dicendū ꝙ triſticia ꝓprie īportat motum appetitus ſenſitiui cauſatū ex appreh̄ſione alicꝰ nociui ſm ſenſum. Et qꝛ ea que dn̄r de appetitu ſenſitiuo: ꝙtum ad aliq̄d dn̄r ⁊ trāſferuntur ad appetitum intellectiuum: vnde eſt ꝙ etiā aliqn̄ dicit actū appetitus intellectiui ſequentez apprehenſionem intellectiuā que ꝓprie dr̄ diſplicentia. Primo modo eſt paſſio: non autez ſecundo modo. Et huic triſticie ſm ſenſum opponitur gaudium ſm ſenſum: ⁊ triſticie ſm intellectum opponitur gaudium ſm intellectum.

Quid importeꝛ nomīe doloris. q̄d ſignificat. q̄bꝫ et q̄liter conueniat Ca. CLVII.

q Uantū ad ſecundū de dolore ſciēdum ꝙ dolor ꝙtum ad ſenſum ꝓprie importat ꝑceptōem leſionis: q̄ eſt ſm ſenſum tactus: cui opponiꝛ delectatō ſm eūdem ſenſum. Uñ ſicut delectatō ſenſibilis cauſaꝛ ex ꝯiunctōe ꝯuenientis ſm ſenſum: ita dolor ſenſibilis ei oppoſitus cauſaꝛ ex ꝯiūctiōe eius quod nō eſt ꝯueniens ſenſui. Sed inter alios ſenſus: ſēſus tactus eſt diſtinctiuus eoꝝ ex quibꝫ ꝯſiſtit tempamentum corpis. Unde illud quod eſt ꝯueniens ſm tactum: eſt cōueniens ipi temperamēto corporiſ. Et ꝓpter hoc completa delectatō eſt in ſola ꝑceptōe tactus. Et ſimil'r illud qd̄ eſt icōueniens tactui eſt ꝯ̄rium tempamento corporis. Et idō dr̄ iij. de aīa: ꝙ corrumpentia tactū corrūpūt aial: nō autem corrumpētia auditū: niſi ſimul ꝯtingat ex accidēti ⁊ tactū corrūpi. Et ideo in ſolo tactu eſt dolor: ⁊ accidit ſiue cauſaꝛ ex leſiōe tempamēti ipius corpis. Oīa aūt ea q̄ ſunt ſenſuſ exterioris extenduntꝛ ⁊ deinde trāſferunꝛ. vt dicanꝛ de hijs que pertinent ad ſenſus interiores. Uiſionem quippe extendimus ad actus imaginatiue. Ea etiam que ſunt ſen-

ſitiue partis extendimus ad partem intellectiuã. Idcirco doloris nomẽ ad actus appetitus ſenſitiui trãſferimus. et qđ ꝓprie eſt triſticia dolorem noĩamus. ⁊ ſimilr̃ ad actũ appetit⁹ intellectiui. Et qđ ꝓprie eſt diſplicẽtia dolorem large appellamus. Et qđ dc̃m eſt de dolore: ꝑ omĩa intelligẽdũ eſt de delectatõe ſibi oppoſita: quia in ſenſu vocatur ſenſibilis delectatõ. in appetitu ſenſitiuo vocatur gaudium: in intellectiuo appetitu vocatur delectatõ intellectualis: vel ab aliquib frutio.

Q̃uo ſe hñt ad inuicẽ dolor ⁊ triſticia Ca. CLVIII.

Tercio videdũ eſt q̃uo differũt realiter: ⁊ q̃uo ſe hñt ad inuicẽ ſm ꝓprias acceptõnes triſticia ⁊ dolor. Ad qđ dicẽdũ ꝙ in dolore et triſticia duo inueniũtur. Primũ eſt ꝯrietas ꝯtriſtãtis ⁊ dolorem inferẽtis ad ipm ꝯtriſtatũ ⁊ ad ipm dolentem. Scđm eſt perceptõ illius ꝯrietatiſ. Et ſm hec duo dolor ⁊ triſticia tripliciter differũt. Primo q̃ꝫtum ad ꝯrietatem: quia hec in dolore attẽdit̃ q̃ꝫtum ad naturam dolẽtis que per leſiuum corrumpit̃. ſed in triſticia attendit̃ quãtũ ad repugnantiam appetitus ad aliquod quod quis odit. Secũdo q̃ꝫtum ad ꝑceptõem: quia ꝑceptõ doloris ſemper eſt ſm ſenſum tactus: in triſticia autem eſt ꝑceptio ſm ſenſum interiorem. Tercio q̃ꝫtum ad ordinem: quia dolor incipit a leſione ⁊ terminatur ad ꝑceptõem ſenſus tactus: ibi eñ completur ratõ doloris. Sed ratõ triſticie ĩcipit ab apprehenſione eſtimatiue naturalis: ⁊ terminatur in affectione vel appetitu. Ex quo patet ꝙ ꝓprie loquendo dolor eſt paſſio corporalis: ſed triſticia eſt paſſio aĩalr̃. Sꝫ ſm extẽſionem nominum triſtrcia dolor dr̃. ⁊ tam triſticia q̃ꝫ dolor que reſpiciunt ſenſum extendnntur ad diſplicẽtiaꝫ que ẽ in appetitu intellectiuo

Q̃uo ſe hñt ad inuicẽ delectatõ ⁊ gaudium: ⁊ quomõ differunt Cap. CLIX.

q Ue autem dicta ſunt de dolore ꝛ triſticia eodẽ modo reſpectu multiplicis acceptionis. ꝑ om̄ia dici poſſunt de delectatione et gaudio. Unde ꝛ delectatio reſpicit ꝓprie ſenſum tactus. gaudiū appetitū. Sed delectatio extendiť ad appetitū ſenſitiuū: et vtrūq; ad appetitū intellectiuū. Eodem etiam modo q̄tū ad ꝓprias rōnes differūt ab inuicē ſicut dolor et triſticia Dolor aūt opponiť delectatiōi in illo modo in quo accipiť dolor. et ſimiliť triſticie opponiť gaudium in illo modo in quo accipiť triſticia.

Quot modis diciť ira. ꝛ quib; modis deo ꝛ hominibus ꝛ beatis conueniat: Capitulū CLX

ſ Ecundo dicendum eſt de paſſionibus ꝑtinentib; ad iraſcibilē. Et ꝑmo de ira que habet difficultatē reſpectu multiplicis acceptiōis. Diciť enī ira triplicit. Quādoq; enī ira poniť ꝑ habitu vel actu cuiuſdā vicij qđ opponiť manſuetudini ſm̄ ſuperfluitatē ire. et vocať iraſcibilitas. vt dicitur. iiij. ethicorū. Et ſic nō ē ira in deo nec fuit in xp̄o nec eſt in ſctis ꝛ virtuoſis. Secūdo mō ira diciť volūtas vindicandi vł puniendi aliqđ male factū Et ſic nō eſt paſſio ꝓprie loquendo nec eſt in iraſcibili ſ; eſt in volūtate ſuperiori. ꝛ ſic ira eſt in deo ꝛ fuit in xp̄o ꝛ eſt in ſctis et iuſtis. ꝛ ſic accipiť in pſ̄. Jraſcimi ꝛ nolite peccare. Tertio modo diciť ira paſſio virtutis iraſcibił ꝛ cōtingit ex h̄ q᷑ appetitus ſenſitiuus tendit ad deſtructionē alicui⁹ qđ apprehendit cōtrariū rei volite ꝛ deſiderate. Et ſi quidem ſit ſm̄ ordinē; rationis inſurgens vel ſit a rōne ordinata. diciť ira ꝑ zelū ꝛ talis non eſt in deo. ſed fuit ſm̄ humanitatem in chriſto Et actus eius legiť iohān is. ij. qn̄ fecit flagellū de funiculis. ꝛ eiecit vendentes ꝛ emētes de tēplo. quia de eo ſcriptū erat. zelus domus tue comedit me. Talis etiā ira ē in ſanctis ꝛ fuit in finees qn̄ ſtetit ꝛ quaſſatio ceſſauit. De q̄ di-



BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAŃ

cit ꝙ finees zelando zelū legis accepit teſtamentū ſacerdo
cij eterni.pᷓ mi machabeorū.ij. Si autem nō ſit ꝑ ratione
ordinata.erit ira ꝑ viciū. ⁊ talis eſt in malis ⁊ nō iniuſtis
nec fuit in xp̄o ⁊ eſt in btīs ſed ibi caret rōe vicij ⁊ virtutis.

Quid ſit timor ⁊ q̊t modis dicat̄ ⁊ q̄bꝰ ɔueniat CLXI

q Ertio dicendū eſt de timore quot
modis accipitur. Et dicendum ꝙ tribus mo/
dis. Uno enī mō ſumitur pro habitu vł actu
cuiuſdā doni ſpiritusſancti qđ inter.vij.nume
ratur.⁊ ſic accipitur eſaie.xi. Requieſcet ſuper eū ſpiritus
timoris dei. Et in pš. Iniciū ſapiētie timor dn̄i. ⁊ ſic fuit
in chriſto ⁊ eſt in viris ſanctis ⁊ iuſtis.⁊ ſic eſt in appetitu
intellectiuo ſicut in ſubiecto. Scđo modo ſumitur ꝓ quo/
dam habitu vel actu vicioſo qui opponit̄ fortitudini: q̄ eſt
virtus.⁊ ſic ponitur a pħo.iij.ethicoꝝ.et hoc modo nō fuit
in chriſto.⁊ ſic vocatur illud vicium ꝑ ariſtotelē timiditas
Tertio mō accipitur ꝓ quadā paſſione virtutis iraſcibi/
lis que conſurgit ex hoc ꝙ appetitus ſenſitiuus refugit ali
quid inimicū vel malum apprehenſum. ⁊ ſi quidē ſit rōne
regulatus erit debitus.⁊ ſic fuit in chriſto ⁊ in ſanctis. Si
autem nō ſit regulatus ratione:erit malus.⁊ ita nō fuit in
chriſto. Iſtis aūt duobus modis ſemꝑ timor eſt in appeti/
tu ſenſitiuo. Nullo aūt modo timor ɔuenit deo niſi in ꝑſo/
na xp̄i modis p̄dictis. Timor aūt prout eſt paſſio cōuenit
beatis eo modo quo dictū eſt de ira.

Quot ſīt noīa paſſionū q̄ ſūt ī appetitu ſenſitiuo. CLXII

c Irca ſextum concludo tria. Pri/
mū eſt ꝙ ſicut in p̄dictis nominibus paſſionum
dictū eſt ꝙ trāfferunt̄ ad actū ⁊ habitū appeti/
tus intellectiui.ita etiā intelligendū eſt de no/
minibus aliaꝝ paſſionū:ſicut patet de amore ⁊ de ſpe ⁊ ſic
de alijs. ſolum tamē vt ſunt in appetitu ſenſitiuo dicūtur
paſſiones apud theologos. apud volūtatē aūt rōnē aliam

ſortiunt. Unde dicunt equiuoce hic ꝛ ibi.

Quomodo in paſſionibus ē vel nō eſt bonitas vel malicia. Capitulum CLXIII

Secunda concluſio eſt quomodo in paſſionibꝫ ē bonitas vł malicia moral: ipſe enī paſſiões appetit⁹ ſenſitiui dupliciť poſſunt cōſiderari. Uno modo ſm ſe ꝑut ſunt motus quedā irrationalis appetitus. Et ſic in eis nō eſt bonitas vł malicia moralis. Et qꝛ ſic ſūt in brutis. ipa bruta p eas nō dicunť bona vel mala. ſic equus nō diciť bonus vł malus moraliter. Scđo poſſunt ꝯſiderari ſm q̄ ſubiacent imperio rōnis ꝛ volūtatis. ꝛ ſic in eis ē bonū ꝛ malū morale. ꝓpinquior enī ē appetit⁹ ſenſitiuus ipi rōni ꝛ volūtati q̄ mēbra exteriora: q̄ꝛ tn̄ motus vł act⁹ ſunt boni vł mali moraliter ſm q̄ ſunt volūtarij. vnde multomagis ipe paſſiones ſm q̄ ſunt voluntatis poſſunt dici bone vel male moraliť. Dicunť aūt volūtarie vel ex eo q̄ a volūtate importanť vł ex eo q̄ a volūtate nō ꝓhibenť. Tunc ergo paſſiones dicūtur bone. qn̄ ſunt moderate recta rōne: male aūt cum ſunt ꝑter moderamen rationis vel contra.

Quot ſunt paſſiões ꝑncipales ꝛ que. ꝛ q̄ nō dicunť cardinales q̄uis dicanť ꝑncipales. Capitulū CLXIIII

Tertia cōcluſio ē. Qꝫ ſicut in virtutibꝫ moralibꝫ ſūt q̄tuor ꝟtutes ꝑncipales. ita inter paſſiões aīe ponunť q̄tuor ꝑncipales. ſcꝫ gaudiū ꝛ triſticia. ſpes ꝛ timor. Haꝝ aūt due ſcꝫ gaudiū ꝛ triſticia q̄ ſūt i cōcupiſcibili. ꝓ tāto ꝑncipales dicūť. qꝛ ſūt cōpletiue ꝛ finales reſpectu oīm paſſionū ſimpliciter. vn̄ ad oēs paſſiões ſequūť. vt diciť. ij. ethico. Alie aūt due. ſcꝫ ſpes ꝛ timor q̄ ſūt i iraſcibili dicunť ꝑncipales non q̄dē q̄ſi cōpletiue in eodē gn̄e mot⁹ appetitiui ad aliqđ nā reſpectu boni incipit motus in amore ꝛ procedit in deſideriū ꝛ terminatur in ſpe. reſpectu aūt mali incipit in odio

z pcedit ad fugã z terminat in timore. z sic in genere mo-
tus appetitus sunt termini aliarũ passionũ. Solet aũt nu-
merus quatuor passionũ sumi ſm differẽtiã p̄ſentis z fu-
turi. Motus enĩ reſpicit futurũ: ſed quies eſt in aliq̃ pre-
ſenti. De bono ergo p̄ſenti eſt gaudiũ. de malo aũt p̄ſenti
eſt triſticia. De bono futuro ſpes. de malo futuro timor.
Omnes aũt aĩe paſſiones q̃ ſunt de bono z malo p̄ſentis
vł futuri ad has reducunt̄ cõpletiue. vnde z in aliquibus
principales dicunt̄. q2 ſunt generales. Et pter hoc Boe-
cius in fine pmi libri de cõſolatiõe ſic eas enumerat. Gau-
dia pelle: pelle timorẽ: ſpemq3 fugato: nec dolor aſſit. Quã-
uis autẽ generales z pncipales dici poſſunt: nõ tamẽ car-
dinales dicunt̄: quia in eis non inuenitur ratio cardinis z
hoſtij ſicut in virtutibus de quibus tractatũ eſt. Per illas
enĩ virtutes eſt ingreſſus z introitus ad iſtas. quare ratio-
nem habent cardinis z hoſtij. vnde z cardinales dicuntur
Sed per has paſſiones non venit̄ ad alias: imo per alias
peruenit̄ ad iſtas. quia alie ad has terminantur: et iſte ad
alias cõſequũtur. vt dictũ eſt. vñ carent ratione cardinis z
hoſtij. et per conſequens q̃uis generales z principales nõ
tamen cardinales poſſunt pprie nuncupari.

De nominibus pertinentibus ad quartã ſpeciẽ q̃lita-
tis. Et pmo quid importet̄ noĩe forme z figure. CLXV

Quantũ ad quartam ſpeciẽ quali-
tatis videnda ſunt quatuor. Primo quõ no-
q minatur z q̃bus cõueniat. Ad qd dicendum.
Q2 nominat̄ forma vel figura circa aliq̃d con-
ſtans. Hec aũt qualitas ſm hanc ſpeciẽ nõ inuenitur ni-
ſi in ſubſtãtia corporea. Unde ſm ariſtotelẽ hec ſpecies cõ-
ſequitur formã ſubſtantialẽ in omni ſubſtantia corporea.
vnde ſicut ſbe corporee differunt ſm diuerſas formas ſb-
ſtantiales. ita differunt ſm diuerſas formas z figuras ac-
cidẽtales. vnde quoz ẽ forma vna ſuſtantialis in cõmuni

eſt vna forma ꝛ figura accidētalis in cōmuni tā in toto q̄ꝫ in oībus mēbꝛis. ſicut hoīs cuiuſlibet ē vna forma ſubſtantialis in cōmuni. ꝛ ſimiliter vna forma ꝛ figura accidentalis ꝛ membꝛoꝝ̄ diſpoſitio in cōi equi ꝛ aſini ſimiliter et ſic de alijs. Et ſic forma ꝛ figura nō differūt niſi ſm terminationē vel modū terminatiōis q̄ntitatis ſm lineamēta corporee ſbe: ꝛ in hoc cōueniunt tā forma q̄ꝫ figura.

Quomodo differunt forma ꝛ figura. Cap. CLXVI

Secundo videndum eſt quō differunt forma ꝛ figura. Et dicendū ꝙ idem ſunt realiť: ſꝫ differūt rōe ſm diuerſā cōſiderationē. Quia ꝑut modus terminatōis lineamentoꝝ in corpe referť ad intra ad formā ſubſtantialē. ſcꝫ q̄ tam in toto q̄ꝫ in partibus eſt cauſa qualiter totū corpus vel hoc membrū vel illud ſic vel ſic formať: vocať ꝛ dicitur forma ſed ſm ꝙ ad ipam quantitatē refertur extra in qua fundatur talis modus terminationis ſic vocatur figura.

Quot modis diciť tā forma q̄ꝫ figura. Cap. CLXVII

Tertio videndū eſt quō diciť vnūquoꝗ. Et ꝓmo dicendū ꝙ figura diciť tripliciť Uno mō ſm ꝙ ē q̄ntitas terminata. ꝛ ſic ptinet ad genus q̄ntitatis ꝯtinue. ꝛ ſic nō accipiť h. Alio mō ꝑut diciť q̄litatē reſultantē ex terminatiōe q̄ntitatiua. ꝛ ſic eſt q̄litas ad quartā ſpeciē ptinens. Tertio mō ꝑut ē figura alicuius rei in cuius ſignū poniť ſic patet de imaginibꝫ ꝛ figuris q̄ fiunt ad aliq̄s res repſentandas iō ſic figura accepta ꝓ ſigno vel imagine repſentatiua alicuius nō ptinet ad genus q̄litatis. ſꝫ cū dicat reſpectū ad genus relatiōis ptinet. Scđo videndum eſt de forma. Et dicendū ꝙ forma Uno mō dicitur pars cōpoſiti. vt forma ſbalis q̄ eſt actus ꝛ dans eſſe ſbale ꝛ ſimpliciter. ꝛ hec vocať forma partis. Aliq̄n capiť in cōparatiōe ad formā totius de q̄ ſtatim dicet. ꝛ ſic diciť dans eſſe ſbale homi ſfor/

ma ſbalis ſcꝫ aĩa ⁊ ſic de alijs. ⁊ talis forma eſt in gñe ſbe ſicut pars. Scdo mõ dicit forma actus nõ dans eſſe ſbale ſed hñs eſſe ſbale. nec eſt cõpoſitũ ex duob ſaltem pncipijs ſbalibus. Et illo mõ dicit forma p abſtractionẽ a materia vt angeli ⁊ ds. ⁊ tales forme ſunt in gñe ſbe q̃tũ ad angelos. deus aũt eſt extra genus. Tertio mõ dicit forma ipſa natura rei q̃ cõſiderat abſq; ↄditiõibus materialib indiuiduantib ⁊ gñaliter reſpectu cuiuſlibet rei natura et ſba importata p diffinitionẽ. ⁊ hec vocatur forma totius. ⁊ hec forma eſt in gñe illo in q̊ eſt illud cuius ẽ forma ſiue ptineat ad genus ſbe ſiue cuiuſcũq; accidẽtis. ⁊ hec forma dicit forma totius in cõparatiõe ad formam partis pmo mõ dictam. vnde ſic aĩa ſte pmo mõ dicit forma partis. ita natura importata p diffinitionẽ ſcꝫ humanitas dicit forma totius. Quarto mõ dicitur forma de actu: q̃ nõ dat eſſe ſimpliciter ſꝫ ſm q̃d. ⁊ hec forma ẽ qdcũq; accidẽs. Eſt tñ duplex modus accidentiũ. Quia quedã dicunt intẽtionalia ⁊ de talib accidẽtib dicit etiã nomen forme. vñ ſpecies in medio ⁊ in intellectu ⁊ in ſenſu forme dicunt ſꝫ intentionales: ⁊ tales forme ptinẽt q̃tũ credo ad primam ſpẽm q̃litatis. Ali⁹ modus accidentiũ ẽ. q ſunt realia. ⁊ ſic om̃e accidẽs forma vocat. ⁊ ſic ẽ nomẽ cõmune oib accidẽtib. Sꝫ qdã accidẽs ẽ ſcꝫ q̃ntitas quã cõſequit modus q̃dam ex ſua terminatiõe qua ſubiectũ terminat. ⁊ talis modus vocatur forma. ⁊ ptinet ad quartã ſpeciẽ qualitatis.

## Quomodo forma ⁊ figura pertinẽt ad diuerſas ſpecies qualitatis. Capitulũ CLXVIII

q Uarto videndũ ẽ quõ forma et figura ptinẽt ad diuerſas ſpẽs q̃litatis. Et dicendũ ẽ q etiã ipa forma ⁊ figura aliq̊ mõ ſũt diſpoſitiões ipſius ſbe. Diſpoſitio aũt ordinẽ quẽdã iportat. vñ nõ dicit aliq̃d diſponi p q̃litates: niſi i ordine ad aliud. Et iõ diſpoſitiõi ſimpliciter cõſiderate adi/

datur rõ hui⁹ ꝙ dico bñ vel male qđ ptinet ad rationē ha bitus q̇ ē in p̄ma ſpecie q̄litatis. oportet ꝙ tūc diſpoſitio q̄ bene vł male dicitur aliquid diſponi. attendatur ſm ordinē ad naturā rei ſm ſcȝ ꝙ talis diſpoſitio ē ſibi ↄueniēs. ⁊ tūc dicit bene diſponi. vel diſcōueniēs. ⁊ tūc dicit male diſponi. vnde ex h̄ ipe figure ſunt forme de q̄rta ſpecie q̄litatis: ⁊ paſſibiles q̄litates de tertia, put ↄſiderant vt ↄuenientes vel diſcōuenientes nature rei ptinēt ad habit⁹ vł diſpoſitiões q̄ ſūt in p̄ma ſpē q̄litatis. Nā figura ⁊ color nature rei ↄueniētes ptinēt ad pulchritudinē q̄ ē habit⁹ vł diſpoſitio in p̄ma ſpē q̄litatis. Calor aūt ⁊ frigus ſm ꝙ ↄueniūt nature rei ptinēt ad ſanitatē. ⁊ h̄ mō caliditas ⁊ frigiditas ponunt a pħo in p̄ma ſpē q̄litatis. Et h̄ expreſſe ponit doctor cōmunis p̄ma ſcđe. q. xlix. arti. ij. in ſolutiõe p̄mi argumenti. Et hec q̄tū ad genus q̄litatis dicta ſufficiant.

De relatione ⁊ relatiuo. Capitulū CLXIX

Qdo dicendū ē de ptinētibus ad gen⁹ relatiõis. Et p̄mo dicendū ē de relatiuis Scđo de relatiõe. Aliud enī ē relatiuū ⁊ aliđ relatio. Quantū ḡ ad relatiuū dicēda ſunt. vi. Primū eſt in q̄ differt relatiuū a relatiõe. Scđm eſt q̇d eſt relatiuū diffinitiue: ⁊ quō intelligit illa diffinitio ariſto. poſita in p̄ntis. Tertio quō relatiuū. reſpectiuū et ad aliquid dicūt eādē rē ⁊ quō differūt ab abſoluto. ⁊ q̄liter ſe hñt ad inuicē. Quartū eſt quō relatiua diſtinguunt p dici et eſſe Quītū ē quō diſtinguunt p ſuppoſitionē. p ſuppoſitionē ⁊ eq̄parantiā. Sextū q̄t ſunt modi relatiuoꝝ in diuinis.

Quō differūt relatiuū ⁊ relatio. Capitulū CLXX

Qantū ad primū quō differunt relatiuū ⁊ relatio. Sciendū ꝙ relatiuū eſt concretum. relatio ē abſtractū. ⁊ habēt ſe ad inuicem ſicut albū ⁊ albedo. Et ideo ſicut albū importat rem albam ⁊ habens albedinem: ⁊ albedo dicit ſolam

formam ⁊ ſolam qualitatem que habetur. ita relatiuū dicitur illud qđ habet reſpectū ad alterū. ſ ꝫ relatio dicit̄ ipſe reſpectus p̄ciſe formaliter habitus ab illo qđ eſt relatiuum.

Quō differūt relatiuū reſpectiuū ⁊ ad aliqd. CLXXI

q Uantū ad ſcđm ſciendū ꝙ relatiuum diuidit̄ cōtra abſolutū. Abſolutū aūt dicitur qđ ab omni alio ē ſolutū. ſic tali ſolutione ꝙ nō habꝫ reſpectū ad aliud. Et iđ ꝑ oppoſitū illud dicit̄ relatiuū. qđ importat ⁊ habet reſpectū ad aliud ꝓpter. qđ dicit̄ relatiuū. Dicit̄ etiā reſpectiuū: in quo ſcꝫ reſpectiuo fit aliq̄ maior exp̄ſſio ipſius reſpectus q̄ꝫ in nomie relatiui. Et qꝛ reſpectus importat̄ ꝑ hanc prepoſitionem ad. et hoc qđ dico aliqđ ip̄am terminat. Idcirco relatiua vocātur hoc noīe ad aliqd. Hoc enī qđ dico aliquid. dicit ⁊ ſignificat eſſentiā: cū ſit neutri generis. ⁊ importat terminū reſpectus ⁊ dependentie. cū ſit accuſatiui caſus qui eſt maxime determinatiuus. Hec etiā prepoſitio ad. importat quendā reſpectū ⁊ quandā dependentiā. Iſtā aūt duplicē naturā habēt relatiua. ſcꝫ naturā terminātis q̄ꝫtum ad oppoſitū relatiuū. ⁊ depēdentis q̄ꝫtū ad ſeip̄m. ⁊ iđ magis explicite tangit̄ natura relatiuorū cū reſpectiua dicuntur. q̄ꝫ cū ſimplici noīe relatiua appellant̄. Sꝫ cū dicūt̄ ad aliqd tūc expreſſius ⁊ explicatius exprimunt̄. Et ſic patet ꝙ idē ſunt ⁊ idē importāt. relatiuū. reſpectiuū ⁊ ad aliqd. ſꝫ reſpectiuū explicat exp̄ſſius q̄ꝫ relatiuū. ⁊ ad aliqd exp̄ſſius vtroq̄ꝫ. ꝓpter qđ ariſtoteles nō noīe reſpectiui vel relatiui. ſed noīe ad aliqd relatiua diffinit in libro p̄ntorū.

Quid ſit relatiuū diffinitiue: ⁊ quomodo intelligit̄ diffinitio ariſtotelis de eis. Capitulū CLXXII

q Uantū ad tertiū videndū ē quid ſit relatiuū ſm illā diffinitionē. Et dicendū ꝙ ariſtotelis in libro p̄ntorū diffinit relatiua. dicens. Qꝛ ad aliquid ſunt quecūq̄ꝫ hoc ipſum

ꝙ ſunt alioꝝ dicũtur eſſe. vel qðlibet aliter ad aliud. Hec diffinitio ſic declaratur. quia ipſa relatiua vocat ad aliq̇d ratione immediate predicta. quaſi dicat ad aliquid. i. ipſa relatiua ſunt talia ꝙ ipſa hoc ipm̄ quod ſunt alioꝝ dicunẜ id eſt ipſa relatiua inq̈ꝫtum relatiua ſunt. reſpectum ꝛ habitudinē ſeu dependentiã habent ad alia reſpectu quorũ relatiua ſunt. In hoc aũt ꝙ dicit alioꝝ notãtur duo. Unũ eſt ꝙ relatio oportet ꝙ ſit inter duo. et per cõſequens relatiuũ eſt ad alterũ extremũ ꝛ nõ ad ſeipm̄ Unde oportet eſſe duo extrema diſtincta ipa relatiua. vel ẜm rem. vt in relatione reali. vt patet de patre et filio. Uel ẜm rationē vt pꝫ in relatione rationis q̈ꝫtum ad relationē idemptitatis. in qua idē refertur ad ſeipm̄ In qua nõ ſunt duo extrema ẜm rem. ſed ẜm rationē. inq̈ꝫtum intellectus vno termino vtiẜ vt duobꝫ dicendo. idem eidē ideꝫ. Scðo notatur ꝙ cũ hoc ꝙ dico alioꝝ ſit caſus genitiui. ꝙ relatiua poſſunt referri in habitudine genitiui caſus. vt dicēdo: pater filij pater. vel poſſunt etiã referri in habitudine ablatiui caſus vt dicēdo maius minore maius. vel aliorũ caſuũ. Et q̈ꝫtum ad hoc ſubditur in diffinitione. vel qðlibet aliter ad aliud. id eſt. nõ ſolũ aliorũ dicũtur. id eſt referũtur in habitudine alioꝝ id eſt genitiui caſus. ſed etiã quõlibet aliter qðlibet referẜ ad aliud. id eſt indifferēter ẜm habitudinē alioꝝ caſuũ.

Quõ relatiũa diſtinguũtur ẜm dici ꝛ eſſe. CLXXIII

q Uantum ad quartuꝫ dicendũ qð relatiuorũ eſt talis diſtinctio. ꝙ quedã ſunt relatiua ẜm dici. quedã ẜm eſſe. Relatiua ẜm dici dicũtur ẜm accidēs. Relatiua ẜm eſſe dicũtur relatiua ẜm ſe. Relatiua ergo ẜm eſſe ꝛ per ſe. dicũtur illa que q̈ꝫtum ad ſui eſſentiã. vel q̈ꝫtum ad illud qð ꝓmo ſignificaẜ per nomē. ſunt in predicamēto relationis. vt duplum. triplum. ꝛ huiuſmodi. Uel illa q̃ directe in formali ſignificato important relationes. qð idem eſt. ſicut pater ꝛ

filius importãt relatiões paternitatis ꝛ filiatiõis. Relatiua ſm dici et ſm accidẽs dicuntur que q̃ntum ad ſui eſſentiam. ꝛ q̃ntum ad id qḋ primo ſignificaꝛ per nomen nõ dicunt niſi fundamentũ relationis. et ſic ſunt in alio predicamento. Quantũ aũt ad reſpectũ quẽ importãt. nõ autẽ in formali ſignificato. ſunt in gñe relatiõis. ſicut ptꝫ ď ſcientia q̃ q̃ntũ ad formale importatũ ꝑ nomẽ eſt in pma ſpecie qualitatis. tñ qꝛ referꝛ ad ſcibile q̃ntũ ad relatiuũ eſt in genere relatiõis. Hec aũt diſtinctio nõ debet poni. q̃uis eaꝫ aliqui poſuerũt in relatione ſicut poniꝛ in relatiuis. Non eñ eſt quedã relatio ſm eſſe. ꝛ quedã ſm dici. ſic eſt q̊ddaꝫ relatiuũ ſm dici. et quoddã ſm eſſe. Omis eñ relatio ſm eſſe eſt relatio rei vel ratiõis. ꝛ nulla ſm dici.

Quõ relatiua diſtinguũtur in relatiua ſuppoſitiõis. ſupraпoſitionis ꝛ equiparãtie. Caplm CLXXIIII

q Uantũ ad q̊ntũ eſt ſciẽdũ qḋ relatiuorũ eſt talis diſtinctio. Quia quedã ſunt relatiua ſuppoſititiõis. quedã ſuppoſitiõis. q̃dã equiparãtie. Relatiua ſupꝛapoſitiõis dicunꝛ q̃ aliqd maius ex ſuo noĩe importãt. ꝛ ſic relatiuũ ſuppoſitionis ď dñs reſpectu ſerui. duplũ reſpectu dimidij. Relatiua aũt ſuppoſitiõis dicunꝛ q̃ aliquã minoritatẽ ꝛ inferioritatẽ importãt. vt ſuus reſpectu dñi. dimidiũ reſpectu dupli. Relatiua equiparãtie dicũtur q̃ nullã ſuperioritatẽ vel inferioritatẽ vel minoritatẽ importãt vt in relatiuis ſimilis ꝛ equalis. ꝛ huiuſmodi. qꝛ ſimile refertur ad ſimile. ꝛ equale ad equale q̃dã equiparãtia vel equipolentia.

Quot ſunt modi relatiõis in diuis. Ca. CLXXV

Uantũ ad ſextum et vltimũ quot ſunt modi relatiuorũ ꝛ noĩm relatiue ſignificãtiũ in diuis. Dicẽdũ qꝫ q̃tuor. Eſt eñ relatiuũ ꝓpꝛiiſſime qḋ ſm ſuũ nomẽ ad aliqd referꝛ. vt pr̃. Aliud eſt relatiuũ qḋ ꝯſequitur vel cauſat relatiõeꝫ. vt gñatioꝛ gñrans Aliud aũt qḋ implicite claudit i ſe relationẽ. ſic trinitas q̃

includit in ſe ꝑſonas relatiõe diſtinctas. ꝛ h̄ nomẽ ꝑſona includit relationẽ diſtinguẽtẽ. Aliud aũt dꝛ relatiuũ incõ-tum ꝑ relatiuo ponitur vt hoc nomẽ deus.

## De relatione. Capl'm CLXXVI

n Unc ſcđo dicẽdũ de relatõe q̃ formaliter ĩpoꝛtat p̃ciſe ꝛ p̃ncipaliter ip̄m relaᵐ. Circa quã vidẽda ſunt. xi. Primo q̊t ſunt genera relationũ formalit' acceptarũ. Scđo q̃d ẽ relatio real' ꝛ rõis. Tertio quõ diſtinguũt' relatiões reales ĩ cõparatõe ad ſua fundamẽta. Quarto de his q̃ cõueniũt relatiõi vt ad diuerſa cõparat'. Quĩto q̃ reqrũtur ad relationẽ realez Sexto q̃d reqrit' ad relationẽ realẽ. ita ꝙ ſit realis ex parte vtriuſq̃ʒ termini. Septio ꝙ inter duo extrema relatiua nõ ẽ vnica relatio ſʒ due. Octauo ꝙ relatio põt eẽ inter duo extrema realia nõ realis. ꝛ nõ põt eſſe realis niſi habeat duo extrema realia. Nono q̊t modis cõtingit relationẽ eſſe realẽ. Decimo quõ differat relatio a ſuo fundamẽto. Undecimo q̊t modis ꝯtingit eſſe relationẽ rationis.

Qꝛ genera relationũ formaliter acceptaꝝ ſunt duo ſcʒ realis et rationis.

Uantũ g̊ ad primũ q̊t ſunt modi relationũ ſiue genera reſpectu ſui ipaꝝ formaliter acceptaꝝ. Dicendũ ꝙ duo in gñe. Qꝛ relationũ alie ſunt reales: alie rõis. Relationũ aũt realiũ hec ẽ diſtictio Qꝛ q̃dã relatões reales hñt coꝛrñdentẽ realẽ relationẽ in oppoſito termio ſic relatio paternitatꝭ hẽt relationẽ realẽ coꝛrñdentẽ in filio. ſ. filiationẽ Uñ ſic pr̃ p̃rnitate rel'r refert' ad filiũ. ita filiꝰ filiatõne ad patrẽ. Alie aũt ſunt relatiões reales q̃ nõ habent oppoſitã relationẽ realẽ coꝛrñdẽtẽ ĩ oppoſito termio. ſʒ ſolũ rõnis. ſic ſciẽtia refert' ad ſcibile realit' ſʒ nõ rñdet ſibi relatio real'r ex parte ſcibil'. ſʒ ſolũ rõnis. Uñ relatiõe rõis ſcibile refert' ad ſciẽtiã ꝛ nõ relatiõe reali. Relatio aũt rõis ſil'r diſtinguit' qꝛ q̃dã ſunt relatiões rõnis. q̃ hñt rel'onẽ coꝛrñdẽtẽ in oppoſito termio rõis tm̃. ſic relatio q̃ ẽ inter duo entia rõis

q̄ ſicut vnū ens rōnis refertur relatiōe rationis ad alterū ita aliquid ad illud. Alie aūt ſunt relatiōes rationis. que habent oppoſitā relationē realeꝫ in oppoſito termino · ſicut dictū eſt de ſcibili. ꝙ relatiōe rationis refertur ad ſcientiaꝫ ſed ſciētia realiter refertur ad ſcibile. Et hoc modo deus refertur ad creaturā relatiōe rationis. Sed creatura rela/tione reali ad ipſum. Et ille modus eſt cōueniēs relatiōi reali. ⁊ relationi rationis· Unde eſt quaſi medius q̄ꝫtū ad correſpondentiam.

Quid ſit relatio realis et relatio rationis. CLXXVII.

Q Uantum ad ſecūdum videndū eſt quid ſit relatio realis. ⁊ q̇d relatio rationis Ad qđ dicendū relatio realis eſt q̄ aliq̇d ha/bet reſpectū realē in rerū natura ad aliq̇d aliō circūſcripto om̄i actu intellectus et ratiōis. Unde dato ꝙ nō eſſet aliquis intellectus cōferens et comparans patrē ad filiū. vel filiū ad patrē. adhuc eſſet realis reſpectus in patre ad filium et econtra. et ideo vtraqꝫ eſt relatio rea/lis. Relatio autē rationis dicitur reſpectus qui nō eſt in re extra ad aliud realiter Sed tota habitudo illa inter duos eſt reſpectus vnius rei ad aliā ſ̄m intellectū ſolū cōparan tem et conferentē ſub quadā habitudine vnā rem ad aliā Et hoc modo eſt talis reſpectus in ſcibili reſpectu ſcientie Niſi em̄ eſſet intellectus comparans ſcibile ad ſcie ntiam: nullus eſſet reſpectus ſcibilis ad ſcientiam. Unde dicitur relatio rationis. q̄ eſt a ratione per priuationem vel nega/tionē vlterioris realitatis. Et hoc ſiue ſit reſpectu vtriuſqꝫ termini q̄ꝫtū ad illas relationes ſibi mutuo correſpōdētes in eſſentia rei vel rationis. Siue ſit et parte alterius termi ni ſolū q̄ꝫtum ad illas que habēt correſpōdētes relationes reales in altero termino alterius modi.

Quot ſunt fundamen ta in genere relationis realis et quot modi relationū ſ̄m ea. Caplm CLXXVIII.

# De pꝛedicamento Relationis:

Q Uantũ ad tertiũ ſcilicet quot modi ſunt relationũ in cõparatione ad fundamẽtum in quo fundatur talis reſpectus. dicendũ ꝙ q̃nqꝫ. qꝛ q̃dã relatiões ſunt q̃ fundãtur ſup ſbam. quedã ſuper q̃titatem. quedã ſuper qualitatẽ. quedam ſuper pertinẽtibꝫ ad actionẽ ⁊ paſſionẽ. q̃dã ſup rebꝫ menſurãtibus ⁊ rebꝫ menſuratis. Qꝛ relatio immediate fundetur ſuper ſubſtantiã negatur ab aliquibus. ſed credo veriozem opinionẽ illam ꝙ immediate fundetur relatio ſup ſubſtantiã Unde ita eſt ſoꝛ. ſimilis platoni. q̃tũ ad aĩam rationalem ſicut ſm albedinẽ. Et iſte eſt pꝛimus modus relationũ. Patet aũt ꝙ in diuinis relatio immediate fundatur ſuper ſubſtantiam. q̃uis ſit diſputabile de creaturis. In diuinis aũt relatio manet ſm ꝓpꝛiũ genus. ⁊ ideo opoꝛtet ponere vnũ modũ relationis que fundatur in ſba. Iſtum aũt modũ Phus expꝛeſſe nõ ponit. Scõs modus eſt relationũ que fundãtur ſup quãtitatẽ ſicut refertur duplũ ad dimidiũ, ⁊ ſic de aliis. Terti⁹ modus relationũ ẽ q̃ fundatur ſup qualitatẽ. ſicut relatio ſimilitudinis q̃ fundatᷣ ſup vnũ in qualitate. ſicut relatio eq̃litatis fundatᷣ ſup vnũ in quãtitate. vt ſoꝛtes habẽs albedinẽ eſt ſimilis platoni albo. Quartus modus relationũ eſt que fundãtur ſuper pertinẽtibus ad actionẽ et paſſionẽ. ⁊ hoc cõtingit dupliciter. Uel ſm virtutẽ et potentiã actiuã ⁊ paſſiuã ſicut calefactiuũ dicitur et refertur ad calefactibile ſm potentiã actiuã ⁊ paſſiuã. Nam calefactiuũ eſt qđ poteſt calefacere calefactibile qđ poteſt calefieri. Alio modo ſm actionem ⁊ paſſionẽ in actu ſicut calefaciens in actu. refertur ad calefactũ in actu. Quintus modus eſt ſm quẽ fundatur in rebus menſurãtibꝫ ⁊ menſuratis. nõ quidẽ iuxta menſuram quãtitatis ſꝫ entitatis et virtutꝫ rei. ⁊ ſic refertur in ratione mẽſurati ſcientia ad ſcibile. ⁊ ſcibile ad ſcientiã in ratione menſure. quia veritas ⁊ entitas ſcientie menſuratᷣ ad ſci-

bile a quo depēdet. Ex q̊ patet ꝙ hic nō accipit̃ menſura ⁊
mēſuratū ſm q̄titatē q̄ hoc ad primū modū ꝑtinet. ſ3 ac/
cipitur ſm menſurationē eſſe virtutis ſm ꝙ ab eo qđ res ē
vel nō eſt oratio dicit̃ vera vel falſa. Et ideo pt3 ꝙ differūt
illi duo modi. Ariſtote. aūt nō ponit primū modum in. vi.
metaph. directe ſm aliq̊s Vel q̄ nō nouit. vel q̄ nō erat ſi
bi neceſſariū. Tertiū etiā modū nō explicauit. q̄ qualitas
nō ordinatur ad aliud niſi ſm ꝙ q̄litas accipit̃ rōne poten
tie actiue vel paſſiue prout eſt ꝑncipiū actionis ⁊ paſſiōis
vel ratōne q̄titatis. vel rōne alicuius ad q̄titatē ꝑtinent3
ſicut dicit̃ aliq̄d albius alio. Et ſic dicitur ſimile qđ habet
vnā qualitatē. vnde nō explicite iſtum modū ſed implicite
alios duos ponēdo poſuit. Explicite aūt poſuit. ij. iiij. et. v.
et iſti ſunt tres modi relationū apud loquētes cōmuniter
vſitati. et a pħo poſiti. Primus ꝑtinens ad quātitatē. Se/
cūdus ad actionē ⁊ paſſionē. Tertius ad mēſurā et mēſu/
ratū quorū modoꝝ ratio ſic accipit̃. Relatio eñ eſt habitu/
do vniꝰ rei ad alterā. Ordinat̃ aūt vna res ad aliā. vel ſm
eſſe prout vna res q̄tum ad ſuū eſſe dependet ab alia. ⁊ ſic
eſt modus tertius. Vel ſm virtutē actiuā ⁊ paſſiuā i agē/
do et paciendo ſcđm ꝙ vna res ab alia recipit vel confert
aliq̄d alteri et ſic eſt ſcđs modus. Vel ſm ꝙ quātitas vniꝰ
rei mēſurat̃ ꝑ aliā. ⁊ ſic eſt primus modus. Ad hos aute3
tres modos pħi poſſunt omēs relatiōes reduci. S3 clariꝰ
habentur per modū a me poſitū. Alia aūt genera acciden/
tiū potius cōſequūtur relatōne q̄ poſſint relationē cauſare
ſicut pat3. Quia quādo cōſiſtit in aliquali relatiōē ad tp̄s
Vbi ꝓo in relatione ad locū. Poſitio autē ordinē partium
importat. Habitus autē relationē habētis ad habitū. Id
circo in iſtis nō fundatur directe relatio. nec eam cauſant.
ſed potius eam cōſequūtur.

Q̄r diuerſa cōueniunt relationi ſm ꝙ comparatur ad
ſuū fundamentū. ad ſuum genus. ad ſuum oppoſitum. et

ad ſuũ pꝛincipiũ. Capl'm CLXXIX

Uantũ ad quartũ videlȝ vnde ha
beat relatio ꝙ dicatur q̃d vel aliquid Et vnde
q habeat ꝙ ſit ad aliq̃d. ⁊ de aliȷs q̃ ſibi cõueniũt
vel ratione ſui oppoſiti vel ratiõe cauſe. Eſt in/
telligendũ pꝛimo ꝙ aliq̃d vl' quid impoꝛtãt abſolutã en/
titatẽ. ſed ad aliquid impoꝛtat entitatẽ reſpectiuã Quãdo
ergo dicitur a doctoꝛib⁹ ꝙ relatio ab vno habȝ ꝙ ſit q̃d vl'
ꝙ ſit aliquid. intelligunt de abſoluta entitate. ſed qñ dicũt
ꝙ ab aliquo habet ꝙ ſit ad aliq̃d. intelligũt de relatiua en/
titate. Quo viſo dicendũ eſt ꝙ relatio poteſt cõſiderari q̃/
druplicitet. Quia vel p̲ cõparationẽ ad ſuũ fundamẽtũ vl'
ad ſuũ genus ꝓpꝛiũ. vel ad ſuũ oppoſitũ. vel ad ſuam cau/
ſam vel pꝛincipiũ. Si cõſideretur relatio per cõparationẽ
ad ſuũ fundamentũ. ſic relatio habet entitatẽ a fundamen
to. ⁊ ſic cadit ſub diuiſione entis in ſubſtantiã ⁊ accidens.
quoꝛũ accidẽs cõcernit ſubſtantiã cui ineſt. Et ſic relatio re
ducitur ad genera ſuoꝝ fundamẽtoꝝ. et ſic dicit̃ q̃d vl' ali/
q̃d. Si aũt cõparatur ad ſuũ genus ꝓpꝛiũ. ſic relatio nõ eſt
aliquid. ſȝ ad aliq̃d. id eſt nõ dicit entitatẽ abſolute. ſed en/
titatẽ relatiuã. Nam illud qđ cõuenit alicui ratiõe ſui ge/
neris. cõuenit omĩ illius generis. ſicut ſenſus cõuenit ali/
cui rõne generis qđ eſt aial. ⁊ ideo omĩ animali ſm eſſe ali
quid reale nõ cõuenit omĩ relationi cũ ſit q̃dã relatio rõnis
g̃ nõ cõuenit relationi ratiõe ſui generis eſſe aliq̃d. ſed eſſe
ad aliq̃d cũ hoc cõueniat omĩ relatiõi. Si aũt ꝯſiderat̃ re/
latio ĩ cõparatiõe ad ſuũ oppoſitũ. ſic trahit ſpeciẽ ab illo ⁊
rõnẽ. ſic vlna duoꝝ cupitoꝝ trahit rõnẽ dupli ab vlna cu/
pitali. q̃ ẽ dimidiũ. Nã ſi vlna nõ eſſet cubitalis. nõ eſſȝ du
pla. Si aũt cõparet̃ ad ſuã cauſaȝ vel pꝛincipiũ. ſic dicim⁹
duplicẽ eſſe cãm. ſcȝ effectiuã. et ſubiectiuã. Cauſam effe/
ctiuã ꝓpꝛie nõ habet relatio. cũ in ad aliq̃d nõ ſit ꝓpꝛie mo/
tus quãuis relatio ſit effectus coꝛreſpõdẽs agenti. Agens

em̄ cui effectus correſpondēt oportet eſſe in creaturis ali/quid abſolutū. Eſt em̄ ſuppoſitū relatiuum ꝓprium in diui/nis. In creaturis autē relationes nō cōſtituūt ſuppoſitū ſed ſuppoſita cōſtituūt. ꝓpter qđ actio omis agentis natu/ralis terminatur ad aliq̄d abſolutū primo et per ſe. licet ex conſequēti terminetur ad relationē cōſequentē. vt augmē/tatio terminatur ad quātitatē quā ſequitur relatio equa/litatis. Alia eſt cauſa relatiōis q̄ dicit̄ fundamētalis. ſiue ſubiectiua. de qua dictū eſt in prima cōparatiōe. Et dicit̄ fundamentū quia eo poſito vel ſubtracto. incipit vel deſi/nit eſſe relatio. Sicut ſorte exiſtente albo. albedo in plato/ne eſſet fundamentū ſimilitudinis. quia ea poſita vel re/mota a platone incipiet eſſe in eo vel deſinere ſilitudo ad ſortē. Aduertēdū tm̄ eſt ꝙ hec duo differūt. fundamentū et ſubiectum. Nam relatio ſubiectū refert. nō autē proximuꝫ fuudamentū. Fundamentū em̄ nō eſt ꝓprie quod refertur ſed ſubiectum. Unde albedo que eſt in ſor. nō refertur ad platonē. ſed ſor. ratione albedinis que eſt fundamentum ſimilitudinis in forte.

## Quot requirūtur ad relationē realē ⁊ que. CLXXX.

q Uantū adquintū ſcꝫ quot requi/runtur ad hoc ꝙ relatio ſit realis. Dicendum ꝙ quatuor ſm veriorē opinionē. Primū eſt ꝙ illud qđ refertur relatione reali. ſit aliquid rea/le. quia nō entis non eſt relatio realis. Realiter em̄ referri preſupōit tale eſſe ⁊ ideo chymera nō poteſt referri realiter quia realiter nō eſt ens. Scđm qđ requiritur ad hoc vt re/latio ſit realis eſt. vt in eo qđ refertur ſit aliqđ poſitiuū per quod referatur. in quo fundetur relatio. Si em̄ nō ꝑ illud aliq̄d poſitiuū qđ eſſet reale in ſe. ſed per poſitiuū realiter exiſtens iu alio refertur. non eſſet realis relatio. ſed eſſet re/latio rationis tm̄. Et ꝓpter hoc ſcitū non refertur realiter ad ſcientiā. quia ſcitū dicitur ſcitū nō per aliquid exiſtēs in

ſcito ſed ꝑ aliud exiſtens in ſciente. ⁊ ecōuerſo. pater realiṫ referṫ qꝛ aliq̈d eſt in p̄re poſitiuū vn̄ referṫ. ⁊ nō referṫ ꝑ poſitiuū exiſtens in altero Et iſta duo ſumunṫ ex ꝑte ſubiecti qđ referṫ. Alia aūt duo q̄ ꝯſecunṫ ſumunṫ ex ꝑte termini et obiecti. Quoꝝ primū eſt ꝙ termin⁹ ad quē eſt relatio ſit realis. ſicut enī nō entis ad ens non poteſt eſſe relatio realis ita nec entis ad non ens non poteſt eſſe relatio realis. Secundū eſt ꝙ termin⁹ q̄ referṫ ſic realr̄ diſtinct⁹ ab ꝑpoſito termino ad quē referṫ. ſaltem diſtinctū eē habeat in eſſe relatiuo ab illa relatiōe q̄ ē ad ip̄m. ⁊ ꝓpter hoc relatio eiuſdē ad ſeip̄m nō eſt realis. qꝛ licꝫ in rei veritate aliq̈d ſit idē ſibiꝑ̄pi. tn̄ termini iſtius idēptitatis nō ſūt diſtincti realiṫ. qꝛ nihil habet idemptitatē ad ſeip̄m vt ad rem a ſe diſtinctam. Habet ergo eſſe relatio realis ex ꝑte vni⁹ termini. qn̄ habet has quatuoꝛ p̄dictas ꝯditiones. dato ꝙ oppoſita relatio ſibi ex oppoſito termino correſpōdens nō ſit realis ſꝫ rōnis. Et iſto modo relatio creature ad creatorē eſt realis ꝗuis creatoris ad creaturā ſit rōnis. Et ſilr̄ relatio ſciētie ad ſcibile eſt realis. licet ſcibilis ad ſcientiā ſit rōnis.

Quot ⁊ que requiruntur vt relatio ſit realis ex ꝑte vtriuſqꝫ termini. Capitulum CLXXXI

Q Uātū ad ſextū ſcꝫ quot req̄rūṫ ad relationē realē que ſic eſt realis ꝙ etiā in oppoſito termino habꝫ oppoſitā ſibi relationē correſpondentē. ⁊ ſic ſḿ mutuā correſpondentiā ex vtroqꝫ termino ſunt reales. Dicendū eſt ꝙ predicte q̄tuoꝛ ꝯditiōes imediate poſite ⁊ cū hoc vna alia que eſt q̇nta et hec reſpicit vtranqꝫ relationē ⁊ vtrūqꝫ terminū ſcꝫ ꝙ vtraqꝫ relatio ſit eiuſdē ordis Et vocant doctores hanc conditionē ponētes eſſe eiuſdē ordinis. qꝛ ſi relatio vni⁹ extremi ſit infinita ⁊ extra om̄e gen⁹. ꝙ relatio oppoſiti extremi ſilr̄ ſit eiuſdē ordinis ⁊ ꝯditionis ꝙ ſilr̄ ſit infinita et illimitata et extra om̄e genus. Et iſta eſt in relatiōibus diuis Nā

ſicut relatio qua pater referꝭ ad filiū eſt extra oēm gen⁹ ita relatio qua referꝭ fili⁹ ad patrē. Vñ mutuo ſibi correſpondent in hoc ꝙ eſt eſſe extra oēm gen⁹ ꝛ eſſe infinitū ꝛ illimitatū. Vel etiā dicunꝭ eiuſdē ordinis ſi vna ē finita ꝛ infra gen⁹: ꝙ relatio oppoſiti extremi ſilr̄ ſit eiuſdē cōditiōis Et illo modo ſunt eiuſdem gn̄is ꝛ ordinis in humanis relatō pr̄is ad filiū ꝛ relatio filij ad patrē ecōuerſo. Et qꝛ relatio dei ad creaturā nō eſt eiuſdē ordinis cū relatione creature ad deū. Et ideo nō pōt eſſe realis relatio ſm mutuā correſpondentiā ex parte vtriuſqꝫ extremi.

Qꝫ nō eſt vna relatio duoꝝ extremoꝝ. imo ſunt due aliqñ ſolo numero. aliqñ ſpē aliqñ gn̄e dn̄tes. CLXXXII

q Uantū ad ſeptimū pōt ꝯcludi ex dictis ꝙ falſa eſt imaginatio quorūdā q̄ imaginanꝭ ꝙ inter duo extrema relatiua ſit vnica relatio q̄ vnū ad aliud referaꝭ. ſicͭ in locali diſtantia eſt eadē diſtantia numero inter duo extrema. ſicut vn⁹ motus duoꝝ extremoꝝ qđ eſt falſum: imo ſunt due relationes numero differētes aliqñ. aliqñ ſpē. aliqñ gn̄e. Numero ſolū. vt cū vnū eq̄le referꝭ ad alterū. Duo eni eq̄lia referunꝭ ad inuicē relatiōibꝫ ſolo numero differētibus. Specie aūt vt relatiua ſuppōnis ꝛ ſuppōnis referunꝭ ad inuicē relatiōibꝫ ſpē differētibꝫ. ſicͭ relatio dn̄i differt ſpē a relatiōe ſerui. Genere aūt cū relatiua ſūt talis cōditiōis quoꝝ vnū referꝭ relatione reali ꝛ aliud relatione rōnis. Tūc eni referunꝭ relatiōibus gn̄e differentibꝫ vt ſciētia ꝛ ſcibile.

Qꝫ relatio pt̄ eē int̄ duo extrema nō realꝭ. CLXXXIII

q Uantū ad octauū poteſt cōcludi ꝙ non eſt neceſſe ꝙ ſi vna relatio vni⁹ extremi ē realis ꝙ relatio alteri⁹ extremi ſit realis. Et ideo nō eſt idem dicere ꝙ relatio ſit realis ꝛ ꝙ habeat duo extrema realia. qꝛ poteſt hr̄e duo extrema realia. ꝛ tamen eſſe relatio rōnis. nō poteſt tamen

eſſe econtra ſcʒ ſine duob₉ extremis realib₉ eſſe relatio realis. Nec etiã eſt idem dicere ꝙ relatio ſit realis ⁊ ꝙ habeat correſpondentiã realẽ relationi in oppoſito termino. qꝛ põ eſſe realis ſine hoc. Unde habere correſpõdentẽ realem relationẽ i oppoſito termino addit ſup̲ h̄ ꝙ ẽ eẽ relatõʒ realẽ

Qꝛ om̄is relatio realis fundaẗ vel ſupra ſubſtantiam. vel quantitatẽ. vel qualiatẽ. vel. ſup̲ ptinentib₉ ad actionem vel paſſionẽ. vel habentibus rationẽ menſure ⁊ menſurabilis. Capitulũ CLXXXIIII

Quantũ ad nonũ ſcʒ quot modis contingat eſſe relationẽ realem. Dicendum ẽ ꝙ in genere quatuor modis. quia omnis relatio realis eſt ſm ꝙ fundaẗ in ſubſtantia vel q̄ntitate vel qualitate vel in ptinentib₉ ad actionẽ et paſſionem vel habẽtibus rationẽ menſure vel menſurabilis Et ſic ꝯtingit eſſe relationẽ ⁊ hoc quintuplici genere ſicut prius expoſitum eſt.

Quõ differt relatio a ſuo fundamẽto. CLXXXV

Quantũ ad decimũ ſcʒ quõ differat relatio a fundamento vnum ſolum infero q̄ꝑtũ eſt ad veritatẽ quã credo ſcʒ ꝙ relatio nõ differat realiter a ſuo fundamento ſicut differũt due res ⁊ due nature: quaꝝ vna non eſt alia ſicut ſimilitudo ⁊ albedo ſup̲ quã fundaẗ ratio ſimilitudinis non differũt intrinſece. Sed tamen poteſt dici ꝙ differũt extrinſece qꝛ ipa relatio importat aliq̄d qð nõ eſt ip̄m fundamentũ. Illa enĩ res eadẽ formaliter que facit ſoꝛ. albũ. ſcʒ albedo: facit ip̄m ſimilẽ platoni albo. nec ſil'itudo aliq̄d intrinſece addit ſupra albedinẽ exiſtentẽ in ſorte qð diuerſum ſit ab albedine. ſʒ extrinſece ſimilitudo ſup̲ albedinẽ addit ⁊ importat coexiſtentiã alicuius exiſtentis in platone cui ẽ ſimilis. ⁊ h̄ eſt albedo. Si ĝ fundamentũ relatiõis ⁊ relatio et albedo ⁊ ſimilitudo ſe videnẗ hr̄e ꝙ ſin. idem intrinſece re

aliter.ſ; extrinſice.ipa relatio vt ſilitudo addit coexiſtētiā alicuius alteri⁹ in aliq̄ reſpectu cui⁹ p ſilitudinē ē illi conformis. H aūt q realiter nō differāt,pbaf rōe cōl. Nā nullo mō videf intelligibile q aliqd adueniat alicui rei d nouo differens realiter ab eo ⁊ ab omi qd in re erat.⁊ ſic faciens realē cōpoſitionē cū eo ⁊ illud ſubiectū in nullo ſit mutatū cū mutari ſm phm non ſit aliud realiter q̄ rem eſſe aliter nūc q̄ pus. Sed relatio pōt aduenire alicui nulla mutatiōe facta in eo ſ; in altero. vt ſi ſortes ſit albus et plato de nouo efficiatur albus.ſorti de nouo aduenit relatio ſilitudinis nulla in eo facta mutatiōe ſ; in platone.g̃ videf q relatio nullo mō differat a fundamento. vt ſilitudo ab albedine nec facit cōpoſitionē cū eo. Et ſic intrinſice ſunt idē realiter cū ſine mutatiōe ſubiecti adueniat. vt pat; in exēplo poſito. Et idē dicif. v.methaph. Reliq̄ de hoc ptermitto.

Quot modis ↄtingit eē relationē rōnis. CLXXXVI

q Uantū ad vndecimū ſc; de relatione rōnis q̄t modis ↄtingat dicendū ē. Quid ſit relatio rōnis dictū eſt prius. Quot aūt req̄ranf ad hoc q ſit relatio rōnis ⁊ q̄t modis cōtingat ſiꝉ oſtendif. Nam cū relatio rōnis ſit in defectu relatiōis real. vbicūq; deficit aliqd de reqſitis ad relatōꝫ realem habitudine aliq̄ exiſtente inter extrema quocūq; modo erit relatio rōnis. Et hoc pt; deducēdo p ſingulos modos prius poſitos. Si eni ↄtra primā cōditionem nō ens ponaf aliquā habitudinē habere ad ens. erit relatio rōnis tantū.ſic ſi ponaf q mortui fuerūt priores nobis viuētib⁹. hec relatio priorū ad nos poſteriores eſt relatio rōnis. Si etiā ↄtra ſcdam ponaf q aliud relatiuū referaf nō p illud qd in ipo eſt.ſed p illud quod in alio eſt poſitiue. erit relatio rōnis. ⁊ ſic referf intellectum ad intelligentē vel ſcitum ad ſcientē ⁊ hmōi. Si cōtra tertiā ↄditionē entis ad non ens ſit aliqua habitudo ſicut eſt cū dicim⁹: ⁊ nos ſum⁹ pri

oꝛes poſterioꝛibꝫ futuris. ibi relatio impoꝛtata ꝑ illam pꝛioꝛitatē eſt relatio rōis. Si aūt ↄtra q̄rtū deficit in illis vbi conſideraᷓ aliqua habitudo ꝙ termini relationū oppoſiti nō ſunt diſtincti in eſſe relatiuo ſaltē. nō erit relatio real' ſꝫ rōnis. ſicut ↄtingit in relatione idemptitatis qñ idē referᷓ ad ſeipm̄. vt dicēdo idē eidē idem Preter hos modos relationis rōnis ponitᷓ vnus alius. ſcꝫ qñ ponitᷓ relatio rōnis Ip̄a enī relatio nō referᷓ mediante alia relatione vl' ꝑ aliā relationē. Unde in creaturis paternitas nō ↄiungitᷓ ſbiecto ꝑ aliā relationē mediā. Et iſtos modos innuit doctoꝛ rōis p̄° ſnīaꝝ. di. xxvi. arti. p̄°. Et inde videnᷓ doctoꝛes alij̄ ſumpſiſſe ꝑ oppoſitū relationis rōnis ad relationē realem illa quatuoꝛ que debent requiri ad ip̄am de q̄bus dictum eſt p̄us. Sunt nihilominꝰ multi alij̄ modi relationis rōnis Sicut qñ duo entia rōnis referunᷓ ad inuicē in pluribus modis alijs. qui tñ oēs reducibiles ſunt ad iſtos.

De ꝑtinentibus ad p̄dicamentū actiōis. CLXXXVII

Oſt predicta dicēdū reſtat de q̄nto predicamento qꝺ̄ diciᷓ actio. Circa qꝺ̄ cōſideranda ſunt duo. Pꝛimo quid eſt actio in genere. Secūdo quid eſt actio manens ⁊ tranſiens et quomodo differunt. Quantum ad pꝛimū videnda ſunt quinqꝫ. Pꝛimo q̄d ē actio diffinitiue. Scꝺo quō ſe habet ad paſſionē. Tertio quō habet ſe ad agens ⁊ patiens. Quarto quō ad foꝛmā acquiſitā ꝑ actionē. Quinto quō facit ſpeciale p̄dicamentum a paſſione.

Quid ſit actio ſꝫm ſui diffinitionem.

Uantū ad pꝛimū ſciendū ꝙ auctoꝛ. vi. p̄ncipioꝛum diffinit actionē ſic. Actio eſt ſꝫm quā in id quod ſubij̄ciᷓ agere dicimur. Que diffinitio ꝑ partes ſingulas ſic declaraᷓ. Dicit enī actio ⁊ nō agere. qꝛ actio eſt nomē ⁊ agere verbū. Et ideo actio cū ſit nomē ſignificat naturā quādā ſimplicē ꝑ modū ꝑ ſe ſtantis. Sꝫ agere cū ſit verbum

ſignificat per modū fluxus. ⁊ ideo cū ſit magis cōueniens rationi predicamenti modus ſignificandi nominis ꝙ̄ verbi dicit̄ actio ⁊ non agere. Dicit̄ autē ſm quā. vbi notādū ꝙ hec prepoſitio ſm. dicit habitudinē cauſe ad cauſatum. Quāuis autē dicat in diuerſis locutionibus diuerſarum cauſaꝝ habitudines. hic tamē dicit habitudinē cauſe formalis. ſicut ſi dicerē. paries eſt albus ſm albedinē. Dicit̄ vlterius in id qđ ſubijcitur. vbi ſunt duo. Et ideo eſt intelligendū ꝙ actio nō ſolum requirit terminū a quo ſ3 etiā terminū ad quē. qui terminus eſt ipſum paſſum. Et ideo dicitur in id qđ ſubijcitur. qđ eſt ip̄m paſſum. Actio autē nō ſolum ſtat ad ipſum paſſum ſicut motus localis ad terminū: ſed penetrat et tranſmutat ip̄m. ideo dicitur in id ⁊ nō ad. Dicit autē. agere dicunt̄. ⁊ non dicunt̄ q2 in iſtis inferioribus nō inuenit̄ omnis modus actionis niſi in homie ſolo. hic autē non diffinit̄ actio vt diſtinguit̄ ꝯtra paſſionem ſed vt eam cōprehendit. Quō autē ad inuicē ſe hn̄t actio ⁊ factio infra dicetur.

Quō actio ⁊ paſſio ſunt vnꝰ motꝰ realr̄. CLXXXVIII

ſEcundo dicendum eſt quō actio ſe hab3 ad paſſionē. Ad qđ dicendum ē ꝙ ſm ph̄m in p̄ncı° tertij ph̄icoꝝ. Actio ⁊ paſſio ſūt vnꝰ motus realit̄. ⁊ iđ vnꝰ actus duoꝝ ſc3 agentis ⁊ patiētis. ſ3 dicit̄ agētis ꝑ denoīationē vt a quo: ⁊ patiētis ꝑ realem receptionem vt in quo. Quō aūt diuerſorū poteſt eſſe vnus actus declarat̄ ſic. Si due eſſent potentie tm̄. nunꝙ̄ ex eis fieret vnū ſm eſſe. nec iterū ſi duo eēnt in actu ſimpliciter. nunꝙ̄ ex eis fieret vnū ſm eſſe. Sed quādo vnū eſt in potentia: alterū in actu ſicut pt3 in materia ⁊ forma. tunc fit vnū ſm eſſe. Et hoc eſt verbū ph̄i ij. de aīa. ꝙ nō oportet querere quō ex figura cere ⁊ cera fiat vnum: Eo eni ip̄o ꝙ cera eſt in potētia ad talē figurā ex illis duobus fit aliquod vnū. Ex quo patet ꝙ nunꝙ̄ vnum eſſe eſt

a duobus quorum quodlibet ſit in actu: vel quodlibet in potentia. Et p ſimile in ꝓpoſito. ſi eſſent duo q̄dlibet in actu vel quodlibet in potentia inq̄ꝫtum hmōi nunq̄ꝫ agerēt ad inuicem nec paterent nec illis duobus. poſſit competere vnus actus. ſꝫ ſi vnum ſit in actu alteꝝ aūt in potētia. qꝛ eadē actio ꝓcedit ab agente ꝛ ſuſcipieꝛ in paſſo. vnꝰ ꝛ idē erit actus agentis ꝛ patientis: ſed nō eadem rōne. qꝛ agētis in actu vt influit. patiētis aūt vt eſt in potentia ꝛ vt recipit actionē. Idcirco poteſt eſſe vt patꝫ vnus actus. ꝛ ita realiter actio ꝛ paſſio vnus motus ſunt. ſicut eadē via eſt ab athenis vſq̄ꝫ ad thebas ꝛ econtra. et idem ſpaciū a ſurſum vſq̄ꝫ deorſum ꝛ a deorſum vſq̄ꝫ ſurſum. Unus ergo ꝛ idem motus diciꝛ actio ꝛ paſſio. actio vt denominat ipm agens a quo eſt ꝛ in quo non eſt. ꝛ paſſio vt denominat paſſum in quo eſt ꝛ a quo nō eſt.

Quomodo ſe habent actio ꝛ paſſio ad agens ꝛ patiēs. Capitulum. CLXXXIX

Ertio exiſtis patꝫ quō ſe hꝫ actio ad agens ꝛ patiēs. Cū eni actio ꝛ paſſio ſint vnus motꝰ q̄ eſt accidēs in ens. Nullū aūt accidēs ſit in duobꝰ ſubiectis. ſequiꝛ ꝙ cū paſſio ſit in patiēte ſicut in ſubiecto. ꝙ nullo mō ſit actio in agente ſicut in ſubiecto. ſꝫ ſolū in patiēte. ꝛ hoc idē patet. q̄a cū actio ſit quidā motus. ſi actio eſſet in agente. ſequeretur ꝙ omne agens moueretur quod eſt falſum. Relinquiꝛ ergo ꝙ actio ꝛ paſſio cum ſit vnus motus ſint in patiente ſicut in ſubiecto ꝛ ipſum denominatur a paſſione et non ab actione. ſed idem actus non eſt in agente. ſed ab agente ꝛ ab eo denomiatur inq̄ꝫtum ab eo eſt. et dicitur actio. Ex quo patet ꝙ idem accidens aliquādo denominat aliquid vt ſubiectum in quo eſt. aliquando vt cauſam effectiuam a qua eſt. Primo modo denominatur paſſum. ſecundo mō agēs eodem accidente qui eſt vnus actus ſcilicꝫ actio et paſſio

## Qualiter ſe habent actio ⁊ paſſio ad formam per motum acquiſitam. Capitulū CXC

q Qualiter āt quarto ſe habeāt actio ⁊ paſſio vel motus ad formā ꝑ motū acq̄ſitam Sciendū eſt ꝙ quidā dicunt ꝙ actio ⁊ paſſio ſint diuerſa re ab inuicē. ⁊ a forma que acquirit᷑ ſubiecto. Unde imaginantur ꝙ ꝑ actionē ⁊ paſſionem fiat res. nō ſicut ꝑ cauſam agentē vel materialē. ſed ſicut ꝑ quandā viā vſꝫ ad terminum. ita ꝙ via nō ē cauſa agēs ſed eſt mediū ꝑ qđ fit tranſitus. ſic ꝙ ꝑ actionem intelligat᷑ agens attingere vſꝫ ad formā ꝓductā actiue. paſſū ꝟo ꝑ paſſionē paſſiue. Sed huic opinioni non aſſentio. q2 videt᷑ eſſe directe ꝯtra phm. Alij dicūt ꝙ actio ⁊ paſſio ab inuicē vel a forma aquiſita nō differūt realiter qđ ſic oſtenditur. Actio ⁊ paſſio ſunt vnus motus ⁊ ſūt in patiēte ſic in ſubiecto. ḡ ſūt q̄dā res cauſate i ſubiecto ab ipo agēte. Omnis aūt res cauſata ab ipo agēte in paſſo eſt quedā forma. Nā forma ⁊ actus ſubiectū informans vident᷑ eſſe idem. Quelibet aūt forma in ſubiecto fit ꝑ aliquā actionē vl' paſſionē Tūc ḡ ſi ꝑma actio recepta i ſbiecto ē forma ⁊ fit alia actione. erit ꝓceſſus in infinitū. ſi aūt nō fit alia eadē rōne forma q̄libet poterit eē actio ⁊ paſſio. ⁊ iterū quelibet actio et paſſio erit forma recepta i ſubiecto. Et iđ ponit hec opinio ꝙ eadē res que dicit᷑ forma. dicit᷑ actio ⁊ paſſio. dicit᷑ motꝰ ⁊ mutatio. Dicit᷑ eñi forma ſm ꝙ dat eſſe rei in qua ē. Dicit᷑ motus ſm ꝙ ipa forma eſt in fieri ⁊ in fluxu. Dicit᷑ autē mutatio ſm ꝙ ꝑ eam ſubiectū ſe habet aliter nūc q̄ꝫ prius. Dicit᷑ aūt actio ſm ꝙ denoiat agens inq̄ꝫtū agens ipa forma facit aliquid eē actu Dicit᷑ aūt paſſio ſm ꝙ aliqđ patiens fit ea actu ſuſceue. Et ſꝫ iſtos modos calor receptꝰ i ligno ab igne calefaciēte. dr̄ forma acq̄ſita. Et dr̄ calefacere ignis calefaciētis ⁊ calefieri ligni patiētꝫ. ⁊ dicit᷑ calefactio ꝓut noīe calefactiōis importat᷑ motus vel mutatio. ⁊ hāc

opinionē reputo veriorem.

Quō actio et paſſio faciūt diuerſa p̄dicamēta q̄uis rea liter ſunt idem. Caplm CXCI

Quinto videndū eſt quō actio et paſſio cū ſint eadē res. faciūt vt eſſe poſſunt duo diuerſa p̄dicamēta. Ad qō oſtēdendū p̄mitto duo. Primo q̄ diuiſio entis in .x. p̄nta vel cuiuſlibet generis in ſuas ſpecies. nō eſt diuiſio realis q̄uis ſit diuiſio eoꝝ que ſunt realia. Nulla eīn diuiſio eſt realis niſi eius qō fuit vnū numero ſm rē. Ens aūt reale. x. p̄dicamētorū vel qōcūq̄ genus reſpectu ſuarū ſpecierū. nūq̄ fuit vnū ens reale numero. licȝ aūt diuiſio nō ſit real' cū qōlibȝ ens diuiſum eſt ens reale. Et iō nō oportet diuiſionē p̄ntoꝝ vl' generū quālibet eſſe realē ſȝ bn̄ oportȝ qōlibȝ diuiſum eſſe rē verā. Scdō p̄mitto q̄ cū ens diuidat' in ens reale ⁊ rōis q̄ oīa entia rōnis ⁊ entitatē ⁊ differentiā hn̄t a rōne. Et iō nullū eſt in p̄nto vt nūc ſuppono. Entia aūt realia habent quādā verā entitatē preter actū rōnis ſpeculatiue. Sȝ aliquñ poteſt idē re differre rōne a ſeipſo. vt ſortes ſedens a ſe nō ſedēte. et talia entia nō creata ſunt in aliquo p̄ntorum. Qūq̄ aūt diuiſio taliū pōt eſſe rōnis q̄uis ipa ſunt entia realia poſſunt eſſe in diuerſis p̄dicamētis ex diuerſa ꝯſideratiōe rōnis ſicut ſuperius expſſe patuit in tractatu de quarta ſpecie q̄litatis. Ex iſtis ad ꝓpoſitū q̄uis actio ⁊ paſſio ſint vna ⁊ eadē res ⁊ vnus actus ſimpl'r. tn̄ ex diuerſitate rōis pōt eſſe q̄ faciāt duo p̄nta. ⁊ tn̄ q̄dlibet eoꝝ res vera eſt tā actio q̄ paſſio. Sȝ eoꝝ diuiſio et diuerſitas non eſt realis ſȝ ſm rōnē tm̄. Vn̄ idē actus differt rōne vt eſt ab hoc. et ſic ſumit' p̄dicamentū actionis. Et vt eſt in hoc. a quo ſumit' p̄dicamētū paſſionis. Et eſt ſil'e in exēplo phi. iij. phiſicoꝝ. q2 eadē eſt via athenis. vſq̄ ad thebas ⁊ ecōuerſo. ſȝ nō eſt idē diſtare. q2 ille q̄ eſt thebis diſtat ab athenis ⁊ nō a thebis. Ille aūt q̄ eſt athenis diſtat a theb ⁊ nō ab athenis. ⁊

ſilr ſic eſt eadē via int̄ athenas ⁊ thebas nō aūt idē diſta/
re. Ita ſunt eadē res actio ⁊ paſſio. ſ; nō idē pñtum. Sed
hic difficultas inſurgit. q2 ſi differētia ratiōis faciat diuer/
ſa pñta. g̊ quelibet differētia rōnis faciet diuerſa pñta. ⁊ ſic
erūt quaſi infinita. Ad hoc dicēdū eſt ꝙ nō quelibet diffe/
rentia rōnis faciet differentiā pñtoꝝ. ſed differentia illarū
rationū que nō ſunt reducibiles ad vnā rationē vniuocā.
Talis aūt differētia nō excedit numerū. x. pñtoꝝ. ꝓpter qđ
nō ſunt niſi decē pñta. Hoc aūt ſupponat̄ ad preſens aliq/
liter. in generali aūt poteſt patere ſuperius vbi eſt poſita p̄
dicamentoꝝ diſtinctio.

## De actione immanente ⁊ tranſeūte. Ca. CXCII

Ecūdo dicēdū ē de diuiſiōe actio/
nis quā poſuit phus. ix. metaph. ꝙ ſc; actionū
s alia eſt manēs alia eſt trāſiens. Circa quod ſa
ciēda ſunt tria. Primū eſt oñdere quō diffe/
runt ⁊ quō conueniūt ad inuicē hec tria ſc; agere. facere et
operari. Scđm eſt qđ eſt actio manēs ⁊ trāſiens ⁊ in qb9
conueniāt. Tertiū eſt quō ſe habēt ad inuicē. in quo ſc; cō
ueniunt ⁊ differūt actio manens ⁊ tranſiens.

## Quō conueniūt ⁊ differūt facere. agere. ⁊ operari. ⁊ qui/
bus conueniunt. Caplm CXCIII

Idendū eſt ergo primo quō diffe
rūt iſta tria ſc; op̱atio actio ⁊ factio. Et dicen/
v dū eſt ꝙ ſic magis cōe ⁊ min9 cōe ⁊ reſpectu di
uerſoꝝ obiectoꝝ. Q2 operatio eſt cōe ad actionē ⁊ factionē
⁊ actio ad factionē. Oīs em̄ factio actio q̄dā eſt ⁊ nō econ/
uerſo. q2 nō omis actio factio eſt. Omis aūt actio ⁊ factio
op̱atio eſt. ſ; nō ecōuerſo. q2 aliqua op̱atio ē q̄ ꝓpria ⁊ ſtri/
cta acceptiōe nec; eſt actio nec; factio. Igit̄ de factōe loq̄n
do dico ꝙ factio ꝓprie eſt illa actio cui9 p̄ncipiū eſt ars me/
chanica q̄ aſſumit materiā exteriorē nō ſolū ad vſu; ſ; etiā
ad tranſmutationē in forma;. ſicut faber aſſumit ferrū vt

